



# Notes du mont Royal

[WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM](http://WWW.NOTESDUMONTROYAL.COM)



Cette œuvre est hébergée sur «*Notes du mont Royal*» dans le cadre d'un exposé gratuit sur la littérature.

SOURCE DES IMAGES  
Google Livres

HESIODI  
**ASCRAEI.**  
 POEMA INSCRIPTIONVM  
 ΕΡΓΑ ΚΑΙ ΗΜΕΡΑΙ,  
 id est, Opera & Dies.

ACCEDVNT IN IDEM BREVIA SCHOLIA IACOBI Ceporini, per IOANNEM Frisium Tigurinum denuo aucta: in quibus dictiones & sententiae quedam obscuriores, atque obiter Græcorum carminum ratio declarantur. Enarrationes item luculentissimæ vna cum Prefatione PHILIPPI Melanchthonis. Adiecta est etiam recens Latina interpretatio JOANNIS Frisij, qua verbum verbo quam propriissime redditur.



TIGVRI APVD CHRISTOPH.  
 FROSCHOVRVM M.D.LXXIX.



# PRAEFATIO IN

## HESIODVM PHILIP-

### PI MELANCHTHONIS.



V M de enarrando Hesiodo deliberarem, inter cæteras difficultates quas mihi id negotij susceptero propositas esse intelligebam, in mentem hoc quoque veniebat, non defuturos esse, quoniam non ita multo ante is poeta in hac schola luculenter enarratus est, quibus, si relegeretur, fastidium reperitio adferret. Video enim non aliter atque vulgo aiunt nouas cantiones gratissimas esse, ita vos audiissime ad eos autores cognoscendos, qui minime noti ac peruvulgati sunt, confluere. Quanquam igitur verebar ut accepturi essetis poema, quod gratiam nouitatis paulo ante exuit, tamen confirmauit me eorum iudicium, de quorum consilio Hesiodum enarrandum suscepi, qui quod eius poetæ cognitionem maxime frugiferam & liberali ingenio dignissimam esse statuebant, sæpe relegendū esse iudicabant. Nam cum magnam utilitatem habeat relectio, & diligentius ex pendatur & altius introspiciantur ea quæ retractamus, (sunt enim, ut scitis, Αντίφασης ορθοπίδες,) fore arbitrabantur, ut neminē pœniteret Hesiodum ex intervallo regustasse et proprius cognouisse, cuius de omnibus officijs tam honesta præcepta sunt, tam multæ sententiæ, quæ ad abditas et abstrusas in natura res cognoscendas faciunt, ut nunquam de manu deponendus videatur. Nam qui numerat potius quam longum catalogū authorum audierit, quam supputat quid ex quoq; lucrificerit, is sciāt se in studijs in-

feliciter versari. Neq; vero multum utilitatis adferre scriptor nullus potest, semel tantum velut à limine salutatus. Et Hesiodum veteres non tantum putauerunt semel atque iterum legendum esse, sed ediscendum omnibus pueris, qui liberaliter instituebantur, ut Columella testatur, proponebant. Ego igitur his causis adductus sum, ut suscepimus hunc poetam rursus interpretandum. Sed quoniam cupio vobis etiam persuadere utilem operam vos in eo reperendo sumptuosos esse, aliquanto latius huius mei iudicij ratio mihi exponenda est, & dicendum quomodo legere veterū scripta conducat. Qua de re dū dico quęso me diligenter attendite. Nam qui in discendorum hil aliud consilij habent, nisi ut multa legant, hi mihi tanquam via lapsi, toto cœlo errare videntur.

Proinde sic statuo, paucos quosdam eosq; optimos ex illo magno librorum numero eligendos esse, quibus à prima pueritia innutriti, omnes eorum sententias, ut digitos ac vngues nostros, teneamus, & sermonem eorum, quam proxime fieri potest, nostra oratio referat ac redoleat. Anā maduerto autem hanc orationem in reprehensionem quorundam imperitorum, qui varietate lectionis doctrinę famam aucupantur, incursuram esse, qui me desidiam iuuentutis nouo quodam Paradoxo alere vociferabuntur, cum audient me variam & multorum lectionem improbare. Ego vero si quam nouam legem, nullo authore, sine gravibus testibus ferrem, iure culpandus essem. Neque enim uel ętas mea, vel eruditio, vel authoritas eiusmodi est, ut sumere mihi apud vos præcipientis personam ausim, verum ea quę à doctissimis viris tradita meminimus, quęq; mediocti harum literarum in quibus versamur vsu cognouisimus, in medium afferre officij nostri esse iudicauimus. Horatius ait: Vel si cœcus iter monstrare velit, tamē aspiciens dum

dum esse, si quid moneat quod non sit inutile. Quare vos  
rogone grauatim, in tam varijs opinionibus eorum qui  
descendi rationem tradunt, & meam sententiam audiatis,  
cui nisi doctissimorum hominum testimonia suffragan-  
tur, non postulo ut accedatis: sin autem & locupletissimis  
testibus fidem fecero, & grauissimis argumentis ostende-  
ro, promiscuam illam variamq; lectionem non perinde iu-  
nare studia, vt quidā existint, nihil erit opinor, cur mi-  
hi quisquam hæc monenti succenseat. Sicut igitur pruden-  
tia est certum alicubi domicilium, certam sedem, certos ha-  
bere lares, ita in studijs necesse est animum habere certos  
quosdam authores, ad quos se quacunque de re disputatio  
inciderit, referat, quos penitus notos habeat, quosq; de  
omnibus rebus in consilium adhibeat. Non vacat autem  
illi, qui in omnibus chartis excutiendis operam sumit, in  
certis aliquibus scriptis tantisper cōmorari, dum & peni-  
tius ea cognouerit, & ita imbibetur, vt plane in suam natu-  
ram verterit. Neque enim fieri potest, (vt ait Xenophon,)  
simul & multa quispiam faciat, eademq; recte omnia: non  
enim potest se mens intendere in diuersa. Quare cum ali-  
qua de re, aut iudicandum est, aut dicendum, tum demum  
sudant illi ac sentiunt in tanta copia quā sint inopes. Quia  
enim nullam certam supellestilem habent, vnde depro-  
mant quæ vsus poscit, itur ad bibliothecam, quæ runtur ins-  
dices, mutuātur à singulis authoribus sentētiolas aliquot:  
quas cum in lucem proferunt, quia plæruntq; male cohæ-  
sent furta illa, nec inter se consentiunt, inuenias pleraq; il-  
la nihil facere περὶ θέατρον. Neq; vero legere se putet authorem  
is, qui obiter tantum inspexerit ac salutauerit. Nam quem  
admodum aiunt, amici sensum deprehendi non posse, pri-  
usquam cum eo multos salis modios ederis, ita diu mul-  
tumq; habendus est in manibus author, iterum atque iter-

rum euoluendus, dum fiat satis familiariter notus, dum illius sententiæ, illius verba sic insideant tibi, ut cū opus sit, non procul accersenda aut querenda sint, sed vltro se tibi offerant. Contra, quemadmodum immodicus cibus, quia concoqui non potest, in crudos humores degenerat, qui non modo non alunt corpus, sed naturalem etiam succum strangulant: Ita cum multa legeris, fortassis fiet ut confusanciam quandam doctrinam tibi compares, sed illa magis hebetabit ac obruer ingeniumquam perpoliet. Nihil enim certi, non res, non verba, in tanta varietate lectionis reliquum tibi facies. Verba vndequeaque emendicanda erunt quoties dicere institueris, quorū mira dissimilitudo erit, neque magis inter se similes sententiæ erunt ex varijs locis authorum nullo iudicio aut delectu transcriptæ. Denique in tota oratione velut ægri somnijs vanæ fingentur species, vbi non pes non caput vni est. Cum igitur hæc incommoda secum afferat illa tumultuaria lectio, quid tandem rei est, cur non ingrediamur meliorem aliquā legendi rationem? cur non doctissimorum hominum præceptis obtemperemus? Neque enim ignota est vobis sententia Plini præcipientis, ut sui cuiusque generis authores diligenter eligantur: multum enim, ut ait, legendum est, non multa, quod sic accipiendum esse nemo dubitat, sepe multum quæ eadem esse relegenda, nec esse distrahendum animum varietate authorū. Idem monet Seneca, certis enim ingenijs, inquit, immorari ac innueriri oportet, si velis aliquid trahere quod in animo fideliter sedeat. Non Delphicum vilium oraculum verius esse experiemini, si vestra studia ad calculos vocabitis, & ratiocinabimini quantum lucri attierit aliquando unus author ter aut quater relectus, & ad id cōferetis ea quæ ex multis alijs libellis obiter inspectis in animo h̄gserunt. Intelligetis enim multo vberiores fructus

Etas vos ex vno illo libro quām ex reliqua tota bibliotheca percepisse. Accedit huc quōd sicut alias artes imitatio docuit, ita in his nostris studijs, nisi ad aliquod certum exemplar dirigamus animū, nihil efficiemus dignum laude. Videris n. eos q̄ sculpere, q̄ pingere, qui canere discūt, eligere aliquē magistrū, cuius esse quām similimi studeāt. Neque verò exigunt hanc diligentiam inferiores artes, & non flagitant eandem hæ maximæ vitæ et regendarum res publicarū artes, in quibus vos versamini. Non enim satis intelligitis quid oneris sustineatis, si nō cogitatis has literas ad quas adhibiti estis, cōparandas esse tum ad priuatam vitam recte instituendā, tum ad ciuitates regendas, ad iudicia tenenda, ad religiones conseruandas, denique ad omnes vitæ partes gubernandas. Quare si aliaz mediocres & tanquam secundæ classis artes percipi non possunt nisi ad certa exemplaria manus dirigatur, quanto minus has difficiliores consequemur, nisi proposuerimus nobis aliquem ad imitandum, quem tota mente atque toto animo innueamur, qui regat omnia consilia nostra, vel in die cendo, vel etiam in rebus gerendis? Nonne grauissimus poeta Vergilius, cū significare vellet, quæ esset optima ratio principis ad exitiam virtutē instituendi, singit Euanđrum adiungere adolescentem filium Aeneæ, & præciperre gnato, ut inde à prima pueritia Aeneā effingere & imitari studeat? Sic enim ad Aeneam ait cum illi puerū commendat:

Sub te tolerare magistro,

*Militiam & graue Martis opus, tua cernere facta  
Adsuescat, primis & te miretur ab annis.*

Sensit enim poeta artem illam imperandi, vnam omnium longe præstantissimam, neminem adsequi posse, nisi se alicuius summi viri imitationem totum componat, cuius dicta, facta, consiliaq; omnia ob oculos posita habeat, ad

quæ suum ipse cursum dirigat. Quanquam autem hæ nostræ artes dignitate longe infra bene imperandi scientiam positæ esse existimentur, tamē difficultate illi pares esse nemō dubitare potest, si modo expenderit, quanti negotij sit, tam multarum rerum cognitionem, præterea mediocrem quandam facultatem dicendi & exponendi, quæ recta esse perspexeris, parare. Est enim profecto una de difficillimis artibus, vel mediocris eloquentia. Quare si in levioribus artibus sine imitatione effici nihil potest, Eloquentiam ne putabimus nos sine ullo adminiculō consequi posse? Ciceroni nō videtur. Nam apud hunc Antonius ante omnia præcipit, ut eligamus aliquem cuius nos similes esse velimus, & summa contentione animi effingamus, atque imitemur in illo ea quæ maxime excellunt. Quod si igitur imitatio tantopere necessaria est, nec imitari quenquā possumus, quem non penitus notum habeamus, non relinquitur dubium, quin diu eligendi sint aliquot optimi libelli. Ut enim qui semel oppidum aliquod præteruectus est, nō omnes vrbis vicos, non ciuitatis mores, non hominum loci eius ingenia statim didicit: ita consilia ac sententias, aut sermonis compositionem in authore quem semel percursisti, non statim animaduertere potuisti, sed diu in eo com morandum est, si voles altius introspicere. Iam vt eius aliquam similitudinem adsequaris, vt verba illius in promptu habeas cum opus est, vt sermonis compoſitio non sit illi absimilis, hoc vero sine perpetua lectione effici nō potest. An non videmus pictores cum vultum alicuius depingunt, quam sæpe respiciant ad exemplar, quam contentis oculis omnes lineas contemplentur? Ita nobis nunquam deſcendi oculi erunt ab eo authore quem perdiscedendum in manus accepimus, quemq; imitandum esse aliquo modo duximus. Non dispiuto nunc de tota imitandi ratione,

sed

sed hoc moneret tantū volui, oportere nos in studijs nostris  
 habere certas quasdā sententias semper ob oculos, ex qui-  
 bus vel de moribus, vel de rebus alijs iudicium faciamus,  
 & ad quas referamus nos quacunque de re disputabimus.  
 Deinde quædam struendæ componendæq; orationis te-  
 nenda forma est et character, similis veteri & pure Latino  
 sermoni: quorum vtrunque deest istis qui vnum hoc stu-  
 dium habent per omnes authores grassandi. Nam cum si-  
 ne delectu omnes sententias congerant, non potest fieri,  
 vt habeant certas aliquas propositas, quas in iudicando se  
 quantur. Deinde citius tota rerū natura mutabitur, quām  
 sicut vt iusta orationis struēta ytantur hi, qui non ad ali-  
 quorum ex veteribus imitationē sese contulerint. Itaq; vi-  
 demus eorum orationem qui quanquam multa legerint,  
 tamen in componenda oratione, cum nullam veterē for-  
 mam imitantur, persimilē esse mendici pallio, cui passim  
 lacerato, omnis generis panniculi assuti sunt. Nam tota i-  
 storū oratio ex dissimillimis & verbis & sententijs conge-  
 sta, aliâs longas habet circunductiones, aliâs abrupta que-  
 dam & mutilâ membra, aliâs obsoletas & ab ultima anti-  
 quitate petitas figuræ, quas nō intelligat si reuiiscat ipsa  
 Euandri mater, aliâs vocabula noua & in media barbarie  
 nata. Porro cū illa dissimilitudo obscuritatē pariat, et ma-  
 ximum vitiū orationis sit obscuritas, quis tale dicendi ge-  
 nus non oderit? quis non fugiendum velis, vt ita dicam,  
 & remis sentiat? Quę cum ita sint, quis non fateatur satius  
 esse paucos scriptores, sed optimos subinde legere, eosq;  
 familiarissimos nobis facere, quām tumultuaria lectione  
 per omnia bibliopolia vagari, pr̄fertim cum hoc vitij ha-  
 beat res, vt in multos malos libros opera collocetur, vnde  
 velut contagione aut prauas opiniones, aut corruptū ser-  
 monis genus contrahas, que postea dediscere immensi ne-

gotij est, pr̄fertim si statim rude & recens ingenium infec-  
cerint. Nā si motus corporis vitiosus, qualē in Alexandro  
notauerunt, consuetudine duratus, corrigi postea nulla ra-  
tione potest, quæ spes est ex animo pernicioſas opiniones  
cum iā alte radices egerunt, euelli posse, aut emendari ser-  
monis vitia, quorum naturam tibi feceris? Danda igitur  
opera est statim ut optimis imbuamur, & perinde atq; ve-  
nena cauēda sunt & procul arcenda, quę sunt optimis dis-  
similia. Habetis mei consiliū rationem, cur ut quisq; author  
optimus est, ita s̄epissime relegendū esse existimem: quod  
quisquis sequendum sibi esse statuet, is re ipsa experietur  
vnam hanc esse ad solidam eruditionem comparandam  
viam, aliorum verò laboribus ac vigilijs fructum minime  
respondere. Sed cum Hesiodum semper doctissimi homi-  
nes plurimi fecerint, ex eo genere authorum mihi esse vi-  
sus est, qui non semel tantum inspiciendi sunt. Quare eum  
quanquam non plāne ignotum vobis relegendum sumpsi.  
Neq; meum consilium reprehendetis opinor si cogitabi-  
tis, quātas vtilitates, tamē si exiguus libellus, adferre que-  
at. Et quia principio in omnibus negotijs constituerendum  
est, quæ vtilitas ex vnoquoq; genere laboris petatur, nos  
quoq; monebimus, quid expectare ac flagitare commodi  
ex Hesiodi lectione debeat. Est enim ex omnibus autho-  
ribus vel verborum vel rerum scientia petenda. Hesiodus  
autem Græcæ dissentibus magnum vocabulorum name-  
ruis suppeditat. Et quoniam alicubi hilariores descriptio-  
nes continet, etiam hi qui Latine discunt ab eo quędam ho-  
nesta exemplia copioſi sermonis, & rationem quandam or-  
nandarum sententiarum mutuari possunt. Nam & si lin-  
gua diuersa sit, tamē voluntate Græcis Latini, in diſponen-  
da, amplificāda atq; illustranda oratione similes sunt. Itaq;  
duo summi apud Latinos poete, Virgilius & Ouidius, non  
modo

modo locos eius quosdam imitati sunt, sed multos verba  
los pene ad verbum expresserunt, quorum exempla nos  
commonefaciunt, quomodo ad nos tr̄s v̄sus, non tantum  
cerri quidam florculi ex huiusmodi authoribus decerpens  
di sint, sed in omni sermone, in inueniendo prudentia, in  
explicando proprietas, perspicuitas, & copia, in disponen-  
do diligentia imitanda sit. Sed de hac parte quia fatis di-  
ci, nisi inter enarrandum conferantur Latina cum Græcis,  
& omnes figuræ dīgito ostendantur, non potest, nolo in  
præsentia lōgior esse, sed in interpretatione velut in re præ-  
senti indicabimus, quos locos hinc sumperint scriptores  
Latini, et quid imitari, quidq; excerpere ip̄si debeamus. Es-  
tenim tametsi apparet propter utilia præcepta magis quā  
propter verborū ornatum in admiratione hoc poema fuiss-  
se, tamen quantumvis res salubres nemo legisset, nisi com-  
mendationē quandam habuissent ex genere sermonis, &  
gratiam elegantia carminis addidisset. Nec profecto ve-  
tustatem ferre potuisset, nisi rerū grauitati venustissimum  
genus verborum tanquā illecebras quādam adiunxit.  
Non est autem obscurum quantū amarint Græci hoc car-  
men, quanta cura adseruauerint, quia Pausanias ait se via  
disse in Helicone antiquissimum monumentum plumbe-  
as tabulas, in quibus hoc poema scriptum fuerit. Sed ve-  
nio ad alteram partem, & exponam quid ad rerum scien-  
tiā lectio eius conducat, in qua profecto non minus quam  
in verbis elaborandum est. Quia non modo inanis est o-  
ratio, nisi res honestas & utiles contineat, sed etiam copi-  
am omnem dicentē rerum scientia genuit. Non dī tantum  
mali permittant, vt cadat in eos eloquentia, qui nulla vir-  
tutis præcepta, nulla officia, nullas vitæ leges, nullas reli-  
giones norunt, quiq; nullam naturaliū causarum ac euen-  
tiū cognitionē habent. Nam & Horatius eam, quia res

rum cognitione non satis instructus est, negat idoneū esse ad scribendum, cum ait, Scribendi recte sapere est & p̄incipium & fons. Et multis versibus exponit postea, quarū serum scientiā requirat in eo qui se disertum perhiberi volit. Proinde ita inducite animum ut sentiatis vobis in hoc currículo studiorum, primum magnam quandam & copiosam verborum supellectilem parandam esse, ut explicare, cum de grauibus rebus alijs docendi à vobis erunt, cum dignitate res obscuras, eisq; lumen addere possitis; deinde etiam omnium rerum percipiendā doctrinam esse, quæ tum ad nostram vitam recte instituendam, tum ad orationem illustrandā conducunt. Etenim cum aut de natura rerum, aut de moribus, aut de religionibus in hac civili vita consuetudine s̄epe docendi sint homines, erit plausibile, is, qui quanquam mediocris verborum copia in numerato sit, tamen res nō satis perspectas et exploratas habet. Neq; enim dicere quisquam de re parum nota perspicue potest, vt & apud Platonem Socrates inquit, & s̄epe monet Cicero. Et Horatius cum ait: Verba quæ prouisam rem non inuita sequentur, significauit, fieri non posse vt se vltro magno numero offerant verba, nisi causam bene meditata m habeas. Quod cum ita sit, non sunt prætermittendi libri, qui de rerum natura, aut de moribus præcepérunt. Neq; tamen legendi omnes, sed eligendi optimi, quiq; alere eloquentiā possint, quia ferè in barbaris scriptoribus non tantum sermonis spurcities, sed etiam alia vitia sunt. Plerique res quas profitentur non satis notas habuerunt, plerisque ratio docendi defuit, etsi rerum peritia non defuerit: qua de re nunc longius dici non potest. Hesiodi autem prior libellus totus ēst, posterior dum agriculturæ præcepta tradit, ortus & occasus syderum, multaque alia quæ ad naturam cognoscendam faciunt,

faciunt, complectitur. Requiritis igitur ex priore libello  
 morum præcepta, quoniam nisi certis legibus & senten-  
 tijs moniti & adsuefacti, honesta turpibus discernere didi-  
 cerimus, & amplecti ea quæ decent, fugere contraria con-  
 mur, recte institui vita non potest. Honestissimæ quæque  
 grauissimæq; de omnibus officijs sententia ob oculos esse  
 posita debent, ad quas omnes vitæ parties, velut ad Cyno-  
 suram cursum suum nautæ dirigunt, comparemus. Sed  
 quoniam Hesiodi præcepta, quibusdam ideo parum pro-  
 bantur, quia gentilis homo videtur aliena & pugnantia  
 cum nostra religione docuisse, hic error vulgo eximen-  
 dus est. Quanquam autē longior est illa disputatio, quām  
 ut hic explicari tota possit, tamen iudicauit operæ precium  
 me facturum esse; si exponerē quæ vis sit, quæq; authori-  
 tas eorum præceptorum, quæ tum Hesiodus, tum alijs mul-  
 ti sapientes & docti viri cùm animaduertissent nobis à na-  
 tura propofita esse, deprehensa exposuerunt, & in literas  
 rexulerunt, ut commonefacerent eos, & qui propter infir-  
 mitatem ingeniorum aut ætatis, aut etiam consuetudine  
 in tot malis exemplis depravati, cernere ipsi eadē non pos-  
 sent. Proinde sic statuemus, nihilominus diuina præcepta  
 esse ea quæ à sensu communi & naturæ iudicio mutuati do-  
 cti homines gentiles, literis mandarunt, quām quæ extant  
 in ipsis saxeis Mosi tabulis. Est enim in cōfesso humanæ mē-  
 ti diuinitus insculptas esse quasdam leges de moribus, qua-  
 les sunt: Neminem lādendum esse, & colendos esse paren-  
 tes: bene merentibus habendam esse gratiam: Magistrati-  
 bus parendum esse: alendos & defendendos esse eos quæ  
 nostræ fidei commissi sunt: pacta seruanda esse. Has cùm  
 sani quidam homines deprehensas ostenderint imperitis,  
 quid est cur non & vocemus diuinæ leges, & pareamus  
 eis tanquam diuinæ voci? Neque ille ipse cœlestis pater

pluris à nobis fieri eas leges voluit, quas in faxo scripsit, q̄  
quas in ipsos animorū nostrorū sensus impresserat, quasq̄  
vt Paulus ait, in cordibus hominū scripserat, de quibus sic  
inter se omnes homines cōsentient, vt nulla rā fera barba-  
ries sit, nulli tam perdite mali, qui non et sentiant et fatean-  
tur recta esse, quę illę sententię pr̄escribunt, quiq̄ cum nō  
obtemperarunt, non ipsi peccatū accusent ac damnent suū,  
quiq̄ non vereantur numē existere aliquod, cui vel si nulli  
vnquam mortales resciscant factū, pœnas daturi sint. Nul-  
la tam immanis natio est quę non tacita maleficos, crude-  
les, ingratos oderit ac aspernetur, probetq̄ ea quę societa-  
tem inter se generis humani devinciunt. Nā & hos qui ho-  
spites mactant, qui senes patres trucidant, qui nullā conim-  
giorum fidē colunt, si admoneantur, natura fateri cogit, in-  
digna se hominibus facere. Iam in his qui sibi alicuius fla-  
gitij conscij sunt, cruciatus & terrores tanti mentem exagi-  
tant, vt adpareat diuinā quandā vim esse, quę admissi sce-  
leris pudere cogat, quęq̄ impendentis supplicij metū incu-  
tiat. Sunt igitur inhumanis animis certę de moribus leges  
quę tum priuatā vitā regunt, tū constituere ac tenere Res-  
pub. iudicia exercere, & societatē hominum defendere do-  
uerunt. Et vt fateamur nos diuinitus conditos esse ac pro-  
pagari, ita dubitare non debemus, quin ē cœlo in hanc vi-  
tam attulerimus illas vitę leges, & illos igniculos, qui &  
ostendunt honesta, & admonent semper pr̄æesse numen,  
& inspectare omnia hominū consilia ac facta, detq̄ scelera  
eis suppliciū sumere solere. Paulus alicubi huiusmodi sen-  
tentias veritatē Dei appellat, cū vellet significare has opis-  
niones non errore quodā à maioribus p manus esse tradi-  
tas, nec temere vel obrepisse nobis, vel in animis hærere,  
sed adeo mentibus nostris infixas esq̄ ita, vt ej̄ci aut erui  
nulla vi possint. Ego cū expendo autoritatē harū legum,  
& ani-

& animaduerto, quām religiose colieras Deus postulet,  
 commoueor profecto, & earum scriptoribus magis capi-  
 or, agnosco enim non sine mente, vt ille ait, sine numine  
 diuīm, hæc ab illis nobis viuendi præcepta tradita esse.  
 Quare non satis intelligant horum scriptorum consilia,  
 qui non perspiciunt vnde tot honesta præcepta, tot graues  
 sententiæ manant. De religione aliter docent nos Chri-  
 stianæ literæ, sed de ciuilis vitæ consuetudine; communi-  
 bus naturæ præceptis parere nos Christus voluit. Neque  
 verò nihil ad Christianum pertinet ciuilis vitæ consuetu-  
 do. Non sunt igitur prætermittenda, si qua docti & perius  
 homines ea de re monuerunt. Nullius autem Philosophi  
 commentarios Hesiodo præferri velim, tanta est & gravi-  
 tas in docendo & simplicitas. Illi saepè, dum ad vitium o-  
 mnia resecare student, dum odiosæ rixantur, altercando ve-  
 ritatem amittunt. Nam vt alia omittam, plerique Philoso-  
 phorum, Deum administratione rerum submovent, ne-  
 gantq[ue]c ei res mortaliū curæ esse. Neque animaduer-  
 sunt, ab ipsa natura nos commonueri, esse aliquam men-  
 tem, quæ hæc humana regat, bonos seruet, improbos pa-  
 niat. Melius igitur Hesiodus, quia in iustitat præceptis fa-  
 gitiosis grauissimas poenas interminatur, præmia bonis  
 pollicetur. Venit mihi in mentem Luciani, qui vt solet per  
 iocum cum Hesiodo exposułat, cur, cum pollicitus sit se  
 scripturum ἡ τὸν τὸν θεόν, presentia & futura, ni-  
 hil tamē prædixerit, nulla rerum futurarum vaticinia  
 reliquerit. Ego vero non tam vaticinari duco Chal-  
 dæos illos quos vocant, qui prædictant, viet in alea, seu  
 Iudo izlorum victurus sit, aut etiam, qui tempestatum vi-  
 ces præuident, quām Hesiodus ex consilijs hominum  
 exitus & casus coniectantem. Ea diuinatio & ex cer-  
 tissimis orta causis est & bono viro dignissima, qua-

& multos alios & Platonem usum de Dionysio videmus, quando calamitosum Tyrannidis exitum praedixit. Neque aliud praedictionum genus ad vitam virilius est, cui si Negro, si Domitianus, & plerique alij fidem potius adhibuerent, quam vanis promissis ariolorum, in tantas calamitates non incidissent. Nos vero cum Hesiodum audimus commemorantem, quae supplicia improbis impendeant, non humana aliqua, sed diuina voce nos a turpitudine absterteri, & ad virtutem colendam inuitari existimemus. Duxi de argumēto prioris libelli: posterior ortus & occasus siderum & pleraque quæ continet. Et quia solent in scholis quidam technici libelli de natura rerum proponi, quales sunt, vel de sphæra cōmentarius, vel Aristotelis *μανιός*, vel de Cœlo, videtur mihi in his etiam aliquis locus Hesiodo tribuendus esse, quia temporum vices, ortus siderum, dicrum spatia, mira diligentia annotauit; videturque inter primos apud Græcos Astronomiam attigisse. Nec eius artis contemnendus author Aristoteli & Plinio visus est, qui aliquoties eius testimonium allegant. Est autem cum omnium naturæ partium, tum maxime cœlestium motuum, & siderum perliberalis cognitio. Nec mihi iniuria Plato diffuisse videtur, non homines, sed suillum pecus esse, quicunque nullo eius artis studio tenentur. Nemo enim fuit unquam sanus homo, qui etiam si alias artes hominum industria excogitatas esse iudicaret, non videret tantam esse Astronomiæ præstantiam, ut neminem nisi Deum authorem eius & repertorem faciendum putaret. Itaque & Manilius Ethnicus scriptor, negat potuisse fieri, ut res tam procul a nobis positæ deprehenderentur, nisi hominum animis diuinatus monstratae essent. Sic enim ait:

*Quis foret humano conatus pectore tantum,  
Inuisis ut Diis cuperet Deus ipse videri? Sensit enim  
quandam*

quandam divinitatis similitudinem esse, illarum rerum notitiam potuisse consequi. Non libet autem hoc tempore utilitates huius artis enumerare. sunt enim propemodū infinitae, & quædā ita sunt ob oculos positæ, ut etiam ab in-dictis cerni queant.

Cum igitur Hesiodus grauissimarum rerum præcepta contineat, & ad mores formādos, et vitā recte instituendā & ad cognitionē rerū naturaliū cōducat, quis nō dignissimum lectu iudicare queat? Ego vero etiā sēpe relegendū, et ad verbū ediscendū esse censeo. An si in excellentibus pītūris contemplandis nunquā oculi exaturantur, sed quo diutius in eis hærent, eo magis admiratio videndiq; cupiditas crescit, (quis .n. nostrū, quoties in templū venit, non tories reficit ad eas tabulas quas ibi vel Durer<sup>o</sup>, vel noster Lucas posuit?) non idē accidat in egregio poemate cōsiderando? Truncū ac caudicē illū profecto dicere nihil verear, cui satis est semel aut iterū excellens et ornatū carmē legisse. Proinde sicut apud Vergil. mirabili cupiditate ac legitima inuenitur cælo demissū clypeū Aeneas et argumētū in eo cælatū diligenter cōsiderat, cū quidē eū nō modo operis varietas, sed etiā illa rerū futurarū præstigia et cōmonēt et detinēt, deniq; Expleri nequit atq; oculos per singula volvit,

Miraturq; interq; manus et brachia versat.

Ita et vos nunquā satietas aut fastidiū legēdi Hesiodi capiāt. Sed in eū assidue oculos defigite, oēs locos diligentissime excutite, & sentētias eius vobis ita familiares facite, vt quoties aliqua de re deliberabitis, in mente vobis illa honestissima præcepta veniat. Multū etiā sermo vester ab illo transferat, ac mutuetur. Nos quidē quantū in hac ingenij atq; eruditionis mediocreitate præstare possumus, dabimus Operam, ne quē patruat nobis enarrantib. hunc poemati Operam dedisse.

D IX I.

PRAESTANTI DOCTRINA  
ET VIRTUTE VIRO D.  
ANTONIO Schnebergero doctori  
medico excellentissimo, 10.  
ANNES Frisius Tigurinus  
S. D. P.



VM omnis omnium discentium ratio in ipsa exte-  
citatione consistat, ac nullus ferè studiosorum ad  
verum & certum eruditionis fastigium sine hac  
perrenire posse: visum est mihi, Ceporini nostri  
scholia suis grammaticæ preceptis olim adiecta, denuo iuuen-  
tuti communicare, ac simul authoris consitum paucis indica-  
re. Scripsit enim vir ille & pietate & eruditione insignis, de  
institutione Grammatica in linguam Græcam, compendium, a-  
deò breue & eruditum, (præsertim in ijs que ad linguarum  
proprietates, quas Greci σχολαι vocant, pertinere videntur)  
ut sue ætatis homines, sua industria ferè omnes excelluerit.  
Hoc, quantum accessione exemplorum, meo labore & studio,  
accruevit, exemplaria à F R O S C H O V E R O nostro ex-  
cusa satis testantur. Cum igitur Hesiodus grauißimarum rea-  
rum sententijs præ ceteris redundet, que ad mores forman-  
dos & vitam recte instituendam plurimum conduceunt: volunt  
Ceporinus teneros adolescentium animos hisce fatuberrimis  
eius preceptis imbui, ut statim ab incunte ætate quidipſis imita-  
tandum fugiendumque sit, ex hoc autore instituerentur. Cetero-  
rum quo facilius Græcarum literarum candidati in hoc poete  
versari queant, & simul ijs qui iam grammaticæ eius rudimen-  
ta percepserint, in his probè tanquam rixa præceptoris voce

EXCE-

exerceantur, hunc Hesiodi librum (cui titulus inscribitur Ephe  
 sius Hippas, Opera ex Dieris) brevi scholio ita adorhauit, dictio  
 nes & sententias obscuriores ita explicauit, ut studiosa iuuenia  
 tis & authoris sensum intelligere, ex omnem omnium Thesma  
 sum difficultatem superare, verborum compositionem, ex vae  
 rias huius linguae dialectos citra ullam moram domo haurire  
 posuit. Quantum vero operae, laboris, & diligentiae nos in hac  
 Scholia nunc primum contulerimus, quibus studiosorum (si nos  
 stra cum prioribus conferat) facile deprehendet, & indicabit.  
 Et hos quidem omnes labores, conatusq; nostros, tibi doctissime  
 Schnebergere dedicare volui: partim quidem, quoniam a tene  
 ris annis Latina cum Gracis coniunxisti, ut in hisce legendis,  
 quantum ab arte medica, qua plurimum & excellis et occupan  
 tis, otij tibi fuerit, te interdum oblectes: Partim vero, quod vir  
 entes eue, ac generis claritudo, & quae nobis olim intercessit  
 coniunctio, hoc officij a me postulare viderentur. Nam felicis  
 memoria pater tuus, pietate et artis medicæ cognitione clarus  
 cum immatura morte tibi ciperetur, ut quam honestissime te  
 instituendum curaret, matritus, lectissime ac nobili matrone  
 summo studio demandauit. Itaq; mater eo defuncto, in hoc tota  
 semper fuit, ut et eruditio, ac vita integritate longè excelle  
 res. De te etenim non paruam semper, ob natuam ingenij tui  
 bonitatem, sustinuit expectationem. Haec ipsa utinam superstes  
 (nam anno superiore vigesimo secundo die Nouembri vitam  
     banc mortalem cum meliore commutauit) te in omnibus  
     honestis disciplinis institutum ex edictum, quo  
     nunc es statu intueri potuisset. Sed Dei Opt.  
     Max. voluntati acquiescendum est.  
     Vale, & meum erga te suu  
     dium amplectere.

# TOTIVS OPERIS ARGUMENTVM.

**I**BER hic Hesiodi inscribitur Opera & Diet: Qui titulus & argumentum scribendi, & inuentionem operis præ se fert. Innuit enim poeta, se scripturum de agricultura: quæ labore & operibus constat, quæ opera certis diebus & temporibus peragenda sunt. Itaque hoc titulo, summam rei rusticæ, breuissime & veluti oraculo quodam complexus est. nam per opera, significat agriculturam esse artem & scientiam, quæ non speculatione & inertio otio, sed alieno sumptu, sed ipse actione peragatur. Per dies, innuit in ea scientia, suo tempore singulis esse facienda. Hæc de inuentione.

Dispositione vtitur admirabili. Nam cùm in omni disciplina & arte consequenda, requiratur primùm, Voluntas agendi: deinde prudentia & peritia rei ipsius, quam agere velis: In primo libro Hesiodus, futurum agricolam, ad laborem, & operis faciendi studium adhortatur, vt promptissimo animo, & voluntate paratus sit ad laborandum & opus faciendum.

Id autem suadet & persuadere conatur varijs argumentis: in primis autem à prouidentia Dei, cùm dicit laborandum homini esse, quòd ita à Deo sit ordinatum & constitutum, cuius voluntati neque fas, neque possibile sit homini reluctari: quamuis in prima mundi creatione, omnia omnibus absq; labore prouenerint, tamen vitio hominum factum esse, vt iam nunc omnia labore sing

sint paranda. Proinde libenter satis esse obtemperandum: ita enim fieri, ut pie, ut commode, ut feliciter vivamus. Ibi obiter alia atq; alia præcepta tradit quæ ad piетatem, & ad ciuiles mores attinent: idque facit per enigmata, per fabulas, per apologetos, & sæpe numero etiam aperte & simpliciter. Atque hæc summa primi libri, ut agricola voluntatem laborandi habeat. In secundo libro, rem ipsam aggreditur, & peritiam atque artem ipsam agricolationis tradit, ut suo loco cognoscamus. Hæc igitur est dispositio, primum, ut voluntarium habeat agricultam: Secundum, ut peritum habeat agricultam qui opus suo tempore, certo modo & ratione faciat.

### Elocutio Heliodi Dorica & Poetica est.

Fineas huius disciplinæ rusticæ constituit ipse Poeta, diuinias: sed eas, quas quisque sibi suo parauerit labore, absque iniuria & fraude alterius: quas etiam fatetur nulli obuenire, nisi ei qui à Diis fuerit adamatus, & (ut nos recte loquimur) qui benedictio-nem Domini habuerit.

# HESIODI VITA

ex Suida.

**Η**σίοδός, Κυμαῖος· τέταρτης δὲ κομιδεὶς γένος πόλεων πατέρος Δίου, καὶ μητέρος πυχιμήδης, εἰς Αἴσηρην τῆς Βοιωτίας. Υἱεαλογεῖται δὲ εἴπερ τῷ Δίου τῷ ἀμπελίδου τοῦ μελανώπου, διὸ φασί πινες τοῦ Ομήρου θεοπάτορος εἴπερ πάπα τοῦ. ὡς αὐτεψίαδέων εἴπερ Ησιόδου τὸ Ομηρευν· ἐκάπερον δὲ λόγῳ τῷ ἀτλαντοῦ κατάγεται. Ποιήματα δὲ αὗτά ταῦτα· Θεογονία, Εργα καὶ Ημέραι, Αστέρις, Γιγαντῶν περιέντων κατάδυσης εἰς βιβλία τέ, δημιούργος εἰς βαΐσεαχθυντιας ἰράμφους. αὖτε, καὶ τῇ ίδιᾳ οἰκίᾳ συντάχτυλων, καὶ ἄλλα πολλά. Επιλέπτος δὲ δημιουροθείς παρὰ Αντίφωνον Κτιρίῳ· διὸ ηὔπειρος δέ οὖν αὐτοῖς αὐτοῖς, αὐτοῖς φερέσιν φερόνται αὐτοῖς εἰσαγόμενοι; αὐτοῖς δέ τοις Ησιόδον ἀκροντις. Λέγεται δὲ καὶ Ομήρος, κατά τινας, θρεσθύπερθεντος δὲ ἄλλους, σύγχεονθεντος. Πορφύρεις δέ ἄλλοι πλεῖστοι, ηώπερον ἐκφετούς οὐαῖς τοῖς δείζουσιν, ὡς λβ. μέροις οὐαῖς τοῖς συμπεφυτεῖσι τῆς θράστης Ολυμπιάδενθεν.

HESIODOS

# Η ΣΙΟΔΟΥ

ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΤ ΕΡΓΑ  
ΚΑΙ ΗΜΕΡΑΙ.

ΟΤ Σ ΑΙ πιερίην αύοιδησ κλείου-  
σα,

**N** Δεῦτε, Διὸς ἐνέπειτε σφέπεργ γατέρ  
ὑμείςσαμ,

Οι πεδίχε βερτοὶ αἵδρες ὄμοδες ἀφατοί τε  
φατοί τε,

Ρυποίτ ἀρρήπτοί τε. Μιὸς μεγάλοιο ἔχηπ.  
Ρεῖα μὲν γένθειάσι, ρέα δὲ βεράοντα χαλέπτος  
Ρεῖα δ' αρίζηλον μινύθει, καὶ ἀδηλον αἴξει.  
Ρεῖα δέ τ' ἴθιώει σκολιὸν, καὶ ἀγκεώσει καρφει.  
Ζάδες ὑψιβρεμέτης, δές ὑπέρτατα δώματα ναιίσι,  
Κλῦθι ἴδητοι αἴων τε, δίκη δ' ἴθιωε θέμισας  
Τιών· ἐγὼ δέκει Γέρση ἐτάπιμα μυθοσαύμιν.

Οὐκ ερά μένοντες ἔειδεντ γέρυθρον, ἀλλ' ὅπερι γάινει  
Εἰσὶ μέντοι τέλειοι μέντοι επαγγέλτει τούτοις,  
Ηδὲ διπλωματὴ δέχεται δέδηλον ψυμόντα χρυσον.  
Η μὲν γένθει πόλεμοι τε κακοὶ καὶ δῆλον ὄφελλοι  
Σχετλίπεπτος τείχεο φιλεῖ βερτοὺς, ἀλλ' ὑπ' αἰδύκης  
Αδανάτον βελῆσιν ἔειν πιμόσι βαρεῖσι.  
Τιὼν δὲ ἐπέριων, περιτέρων μὲν ἵγεινατον τὸν ἐρεβεντόν  
Θῆκε μέντοι Κερούδης ὑψίζεν γέρυθρον τούτων,

24 ΗΣΙΟΔΟΤ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ

Γαῖνος τὸν ρίζην, καὶ αὐδράσι πολλὸν ἀμέντων.  
Η τε καὶ ἀπάλα μόν περ, δύμας δὲ τὸν ἔργον ἐγέρει.  
Εἰς ἐπεργήν γέ τις τε ἴδων, ἔργοιο χαπίζων,  
Πλέοντον, ὃς μὲν δέ ει μὴ αὐτόμητρας πολὺ φυτόνειν,  
Οἶκόν τε εὖ θέατρα· ζηλεῖ δέ τι γείτονα γείτων  
Εἰς ἄφενον αὐτόντοτε. ἀγαθῇ δὲ τοις ἵδει βερτοῖσι.  
Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονα τέκτων,  
Καὶ πλωχὸς πλωχῷ φεύγει, καὶ αἴσθες αἴσθῃ.

Ω Πέρση σὺ δῆτα τῷ διηγέτεο θυμῷ.  
Μηδὲ στέλεις κακόχαρτον ἀπ' ἔργα θυμόνερύκοι,  
Νείκη ὀππίσθοτε, ἀγρῆς ἐπακεδὼν ἰόντα.  
Ωρη γέ τούτη πέλεται νεκέων τὸν ἀγρέων τε,  
Φύτη μὴ βίον στέλνειν ἐπιτεταῦς κατάκεντα  
Ωραῖον, τὸν γαῖα φέρει Διμήτερον ἀκτίει.  
Τῇ κεκορεασάμδυον, νείκεα καὶ μῆλον ὄφελοις  
Κτήμαστε ἵππον ἀλλοβίοις. σοί δέ τοι διάστημα θεῖον  
Ωδὸν ἔρδειν ἀλλ' αὐτοὶ δύσκεινώμενα νεῖκον  
Ιθείησι δίκαιας, αἵτινες εἰσιν ἀρεταῖ.  
Ηδη μὲν γέ την κλῆρον ἐδικασάμδυον ἀλλά το πολλὰ  
Αρπάζων ἐφόρεις, μέγα κυδαίνων βασιλῆας,  
Δωρεφάγες, οἵ τε δὲ δίκαιοι εἴθελοσι δικῆσσαν.  
Νήποι, εἰδὲ τοι δόσω πλέων ἡμους πατός,  
Οὐδὲ δέσσον διημαλάχητε καὶ αὐτοδιέλω μέγ' ὅνειρο.  
Κρύψαντες γέ τοι διατίθεοι βίον αὐθρώποισι  
Ρηϊδίως γαρ καὶ καὶ ἐπ' ἡματινοῖς ἔργασσαν,  
Ως πεσε καὶ εἰς διηιαυτὸν ἔχειν καὶ αἱργὸν ἰόντα.

ΛΙΓΩ

Αἴψα κε πιθέλμον μὲν ὑπὲρ καπνὸν καταδεῖο,  
 Εργα βοῶν δ' ἀπόλοιτο τοὺς ἡμίονων ταλαιργῆστο  
 Αλλὰ Ζεὺς ἔκρυψε, χολωσάμενος φρεσὶν ἥσιν.  
 Οττι μν σχετάπτος Περιηθεὺς ἀγκυλομάτις  
 Τένεκ' ἄρ' αὐθρώποισιν ἐμήσατο κήδεα λιγρά.  
 Κρύψει τὸ πῦρ τὸ μὲν αὖθις ἐν ταῖς Ιαπωτοῖς,  
 Εὐλιψέ αὐθρώποισι Διὸς παρέμπιποίσιν  
 Εἰ κοίλῳ τερρότῳ, λεθῷν Δία περπάνερυπον.

Τότε χολωσάμενος φρεσέφη τοφεληγέρεται Σθέα  
 Ιαπωτονίδην, πάντων πίστει μάθεα εἰδὼς,  
 Χαίρεις πῦρ κλέψας, καὶ ἐμάς φρέσας ἀπεργάπτας.  
 Σοίτ' ἀνταῦ μέγα πῆμα τοῦ αὐθράστου θαυμάτων  
 Τοῖς δὲ ἴγε αὐτὸν παρέστησεν οὐκέτον, φέκεν ἀπαντει  
 Τέρπονται καὶ θυμόν, ἵὸν κακὸν ἀμφαγαπῶντες.  
 Ως ἔφατ', τὸ δὲ ἴγε λεπτός πατὴρ αὐθρῶν τε θεῶν τε.  
 Ήφαιστον δὲ ἱκέλμος φεύγει τὸν τάχεα.  
 Γαῖαν δὲ φύρειν, εἰ δὲ αὐθρώπος θύμενος ἀνδρεῖ,  
 Καὶ θέτει Θεός. αὐθανάτης δὲ τοῦτος εἰς ὅπα ἔσκειν  
 Παρθενικῆς, καλὸν εἶδος, ἐπίσχετος ἀντὸς Αθηναίων,  
 Εργα μίσκου ποσα, πολυδάμαλοι οἱ δὲ οὐ φαίνειν.  
 Καὶ χάρειν ἀμφιχθεὶς κεφαλῇ χρυσιῶν Αφερδίτει,  
 Καὶ πόνον αργαλέον, τοῦ γυναικόρεος μελεδῶνας.  
 Εντὸς θύμερος κακόν τε νόον τοῦ πίκλοπον ἦθος,  
 Ερμείην κακογενέστερον αργαφόντει.

Ως ἔφατ', οἵδιον δὲ τούτοις διτέλεσθαι αἴστη.  
 Λύτικα δὲ τοι γαίης πλάσαις κλυτὸς ἀμφιγυμνεῖς,

26 ΗΣΙΟΔΟΤ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ

Παρθένοις αἰδείη θυλεών, Κερνίδαισι δέ τις βυλάς.  
Ζῶσε ἢ καὶ πόσιποτε θνάτη γλυκυπάπις Αθηνά.  
Λιμφίζοις οἱ χάρετές τε θνατοί, καὶ πότια πειθώ,  
Ορμὰς χρυσώνοις ἔθεσαν χροῖ. ἀμφίζοις τὴν τύχην  
ἄραι καλλίκομοι τέφου αἴθεστιν εἰαριστοῖσι.

Παύτα ἢ οἱ χροῖ κόσμον ἐφίρμοσε Παλλὰς αἴθην.  
Εγ δέ φεροις εἴθεσαί σύγχετορος αργυροφόντης  
Ψύλλαθ' αἰμαλίοις τε λόγυς καὶ δητίκλοπον ἥθος  
Τεῦχος, Διὸς βυλῆσι βαρυκτύπια· τὸν δὲ φωνὴν  
Θῆκε θεᾶν κήρυξ· ὄνομα γε ἡ τηλέσθι ψυλάκη.  
Πανθάρην, δι τοις πάντες ὀλύμπια μάκρατ' ἔχοντες  
Δῶρον ἐδίδρυσαν, πῆμ' αὐδράσιν ἀλφιτησιν.

Αὐτὰρ ἐπεὶ μόλον εἰπεῖν, αἰμάχαιον ἀλλετέλεσσον  
Εἰς Επιμιθέα πέμπει πατὴρ κλυτὸν αργυροφόντην,  
Δῆσει ἀγοραῖα Θεῶν, ταχὺς ἀγγελον. ἀλλ' Επιμιθέας  
Εφεύσαθ' ὡς οἱ ἔπικες Περσιδεὺς, μήποτε μῆρος  
Δέξαθα μάρτυρος Ζεὺς ὀλυμπίας, ἀλλ' ἐπεπέμπειν  
Εξοπίσω, μὴ πάπικον θυτοῖσι γέμητα.  
Αὐτὰρ ὁ Δέξαμνος, δι τοις δηλητοῖς εἶχ', σύνοπτος.

Πεὶν μὴν γένδιον ζάεσκον δῆστι χθονὶ φῦλ' αἰθράπτων,  
Νόσφιν ἀτέρ τε κακῶν, τῷ δὲ ἀτέρ χαλεποῖο πόνοιο,  
Νέσσων τ' αργαλέων, αἵτ' αὐδράσι γῆρες ἐδώκαν.  
Αἴψα γένδιον κακότηπο βερβέλι καταγνεδσκυσι.  
Αλλὰ γωνὶ χάρεσι πίθη μέγα πάμι' ἀφελῆσα,  
Εσκέδασ', αἰθρώποισι δὲ ἐμίσατο κίδηα λυγέα.  
Μύτη δὲ μετόθι ἐλπίς, τὸν ἀρρήκτουσι δόμεισι.

Ειδον

Ἐνδοτέμητι πίθα τὸν χύλον, καὶ μὲν θύρας  
Εξέπη· περόδει δέ τοι εἰμιθαλεῖ πῶμα πίσθιο,  
Λίγοχε βαλλεῖσι Διὸς νεφεληγερέταο.

Αλλαζεὶ μυρία λυχάκηστ' αὐθρώπους ἀλάλητα.

Πλείωνδὲ γένδια κακῶν, πλείων δὲ θάλασσα.

Νησοι δέ αὐθρώποισιν ἐφ' ἡμέρῃ, πέντε δὲ τητῆ,

Αὐτόματοι φοιταῖσι, κακῷ θυητοῖσι φέρεσσι,

Σιγῇ, ἐπὶ φωτεινὸν σέξειλεθό μηπέτα Ζεὺς.

Οὕτως τέπι πάντες δέ τοι Διὸς νόσον στέλλεται.

εἰδούσι θέλεις, ἔτερόν τοι ἐγὼ λόγον σκορυφώσω

Εὖ καὶ δητίσαμδύως σὺ δέ τοι φρεσὶ βάλλει σῆσιν.

Ως ὁμέθει γεγάσσι Θεοί, θυητοί τοι αὐθρώποι;

Χρύσον μὲν φράπτα γένθυτο μερόπων αὐθρώπων

Αθαέατοισκαν ὄλύμπια μάρτυρες ἔχοντες.

Οἱ μὲν δῆτα Κερόφου οἵσαι, δέ τοι οὐενδέμβασίλευν

Ως τε θεοί δέ τοι οἴζων, ακτιδέα θυμόν ἔχοντες,

Νόσφιν ἀτερ τε πόνων καὶ οἴζυτον οὐδέ τι φειλόν.

Γῆρας ἐπειῶ, αἰεὶ δὲ πόδας καὶ χεῖρας ὄμαιοι

Τέρποντ' εὖ θαλάτησι κακῶν ἔχθρων ἀπαύτων.

Θυπόποιοι δέ, ως ὑπερφιδοί μηδύοις ἀπλάδεις πάτε

Τοῖσιν ἔνει, καρπὸν δέ τοι φερετετείδωρος ἀργεσ

Αὐθεράτη πολλόν τε καὶ φερετετείδωρος δέ τοι φελιμοί,

Ησυχοι, σέργαντες τέσσαρας σὺν ἀπλοῖσιν πολέεσσιν.

Αὐταρ ἐπεὶ καὶ τέτο γένθυτο καὶ γαλακτίνεις,  
Τοὶ μὲν μείμοντες εἰσι Διὸς μηγάλες δέ τοι βαλάς

28 ΗΣΙΟΔΟΤ ΤΟΥ· ΛΕΚΡΑΙΟΥ

Εθλοὶ, δημόσιοι φύλακες θυτῆμ αὐθρώπων,  
Οἴρα φυλάσσοι τε δίκαια καὶ χέτλα ἔργα,  
Ηέρα ιεράρδιοι, παύτι φοιτήτες ἐπ' αὖται,  
Πλευτεῖστας τε γέρες βασιλίου ἔχον.

Δέ μερι αὖτε γένους πολὺ χαρέσσει, μετόπιστα  
Αργύρεον παίσαν, ὀλύμπια δώματ' ἔχοντες,  
Χρυσέφιττο φυλὴ ἐπαλίγυκιον ἐπει τόποια.  
Αλλ' ἕκατὸν μὲν πάγις ἔτει παρὰ μητέρει κεδρῷ  
Εὗρε φίττανταλον μέγα τίταν, φέτοι οἰκειόν  
Αλλ' ὅταν ήβίσει, καὶ ἦβης μέρον ἔκοπτο,  
Πανείδιον ζώσικον δῆπει χρόνον, ἀλλ' εἶχοντες  
Αφεαδίαις. ὑβρειν γέδετανταλον ἐκ δέμαίσιον  
Αλλ' ἄλλων ἀπέχον, μὲν ἀθανάτοις θεοπούλοις  
Ηθελον, μὲν ἔρδειν μακέρεων ἡρῷες δῆπει βαριοῖς,  
ἡ θέμις αὐθρώπωντες κατ' ἔτεις μηδὲ ἔπειτα  
Ζεῦς περνίδης ἔκριψε χολόμερον, ἐπεικα πρᾶσι  
Οὐκ ἐδίδικεν μακέρεως θεοῖς, σει δὲ λιμπαντον ἔχοντα.

Αὐταρέ εἰπει καὶ τέλος γένους πολὺ χαλινῆς,  
Τοὶ μὲν δημόσιοι μάκερες θυτοὶ παλέοντας  
Δέ μερι. αλλ' ἐμπις παῖς καὶ τοῖσιν ὀπιδέι.  
Ζεῦς δὲ πατὴρ ἔτον ἀλλο γένους μαρέπων αὐθρώπων,  
Χάλκειον πότον, ἐκ αργυρῷ μόλις τὸ ὄμφατον,  
Ἐκ μελαῖ, σίεινόν τε, καὶ ὄμβρειμον οἶσιν Αριόν  
Ἐργ' ἔμελες δονόετα, καὶ ὑβρεις μέτεποτεν  
Ηθιον. αλλ' ἀδέμαντον ἔχον προτερέφερνα θυμόν,  
Απλαδοί μηγάλη στέβον, καὶ χεῖρες ἀσποι,

Εξαντλώντες φυκούς διπλούς μελάναιν.

Τοῖς δὲ λέντες μὴ τεύχα, χάλκεοι δέ τε αἴκες  
Χαλκοῦ δὲ ἵρησθον πάλαις δὲ μετόπους σίδηρος.

Καὶ τοὶ μέρη χειρεστινοῦτο σφετέρησι μεριδύτες,  
Βίστας δὲ εὐρωταῖς δόμοι κρυελλοῦ αἰδηκο,

Νάρην φοι· Θαύατοι δὲ καὶ σκηνάγλες περιόγτας  
Εἶλε μέλαις, λαμπεστὸν δὲ ἔλιπον φαθοτέλιοιο.

Αὐτῷ δὲ ἐπεὶ καὶ τὰ δύο θύμοι καὶ γαῖα κάλυψε.

Αὐτοῖς δὲ τὸν τέταρτον διπλὸν πυλυβοτείρη  
Ζεὺς κερνίδης ποίησε, δικυρότερον, καὶ αὔριον  
Αἰδηκόν πρώτον θύμον θύμον. οἱ καλέονται

Ημίθεοι, φατέρη θύμοι, κατ' αὐτούς εργα γαῖαν.

Καὶ τοὺς μέρη πόλειμος τε κακὸς, καὶ φύλωπις αἰνή,  
Τὰς μὲν, ὃφελαπύλῳ Θήβῃ καθεῖται γαῖη

Ωλεστού μητριαρχόντος μήλων σύνεκτος Οἰδιπόδεο.

Τὰς δὲ καὶ σύντεταν ὑπὲρ μέρη λαῖτραι θαλάσσης  
Εἰς ξοίλου αγαγῶν, Ελαύης σύνεκτος ήγόριο.

Ενθὲ δέ, μέρη τὰς, θατάτη πάλῳ αὐτοκάλυψε.

Τοῖς δὲ, διχ' αὐθρώπων βίοτον καὶ διχ' ὄπασας,  
Ζεὺς κερνίδης κατένασε πατήρ εἰς πείστη γαῖαν.

Καὶ τοὶ μέρη ναιάσιν, αὐτοπλέα θυμῷ τεχοντες,

Εἰ μακάρεσσιν τήσσισι, παρὰ πατερὸν βαθυδίτιλι,

Ολβίοις πέρσοις· τοῖσι μέλινδεσ καρπόν

Τεις τῶντος θάλλοντα φέρει ζειδωρούς αὔρεα.

Μηκότερον δέ πειστοντος τούτων πέμπτοισι μοτεῖσαι

Αἰδηκάπτη, ἀλλ' οὐ περίθετο θυμῷ, οὐ τοιαῦτα θύσεισα.

30 ΗΣΙΟΔΟΥ ΤΟΥ ΑΣΚΡΑΙΟΥ

Νωῦ δὲ μὴ γένθε οὐδὲ στενόν· αὐτὸν τὸν πόλεαν  
Παίσοντα καμάτε καὶ οἴζεν Θεόν, καὶ εἰπεινάκτορα,  
Φθειρόμηνοι· χαλεπὸς ἐστὶ θεοὶ δώτεσι μερίμνας.  
Αλλ' εἰπειν καὶ τοῖσι μερίξεται· εἰδὲν πακοῖστον.  
Ζεὺς δὲ ὁλέσθη καὶ τῷ θεῷ γένθε μερόπων αὐθρώπων,  
Εὗτ' αὖ γένθομενοι πολυοχρόταφοι τελέθωσιν.  
Οὐδὲ πατῆρ πάμεναι οὐδεῖς Θεός, καὶ μέπι πάμενες  
Οὐδὲ ξεῖνος Θεός εινοδόκων, καὶ εἰταῖρος εἰταίρων,  
Οὐδὲ φιλούμενος Θεός εἰσεται, ὡς τὸ πάρεστρον.  
Αἴψα δὲ γηράσκοντας αὐτούς συντοκῆσαν.  
Μέμψονται δέ αρά τὰς χαλεποῖς βάζουτες ἵππεας,  
Σχέτλιοι, γέδει θεᾶν δόπιν εἰδότες· γέδει μηδὲ οἴγε  
Γηραύπειας· θηεῦσιν δόποθρεπτήεια οὐδεῖν.  
Χειροδίκαι, ἔτερος δέ εἰτερα πόλιν ὀλέαλαπάξει.  
Οὐδέ πει εὐόρκες χάρεις εἰσεται, εἴτε δικαίες,  
Οὗτ' αὐγαθῶν μέλλον δὲ κακῶν ρεκτῆρες καὶ οὐ βελεῖ  
Ανέρες πιμήσυσι. δίκη δὲ σὺ χερσὸν καὶ αἰδίως,  
Οὐκ εἶδει· βλάψει δὲ οὐ κακός τὸν αρείοντα φᾶται,  
Μύθοισι σκολιοῖς σύνεπων, ἐπὶ δέ θρόνον οὐ μεῖται.  
Ζῆλος δὲ αὐθρώποισιν δίζευσιν ἄπασιν  
Δυσκέλεας Θεός κακόχαρτος οὐδέ τίσει τοις συγερώπεοις.  
Καὶ τότε μὲν φερὲς ὅλυμπον δόπον γθονὸς εὔρυοδείνες,  
Λόγκοῖσι φαρέεσται καλυψαμένω χρέα καλὸν,  
Αθανάτον μὲν φῦλον ίτειν, φερελιπόντ' αὐθρώποις  
Αἰδίως καὶ Νέμεσις· τὰ δὲ λείψεται ἀλγεα λυγεῖ  
Θητεῖς αὐθρώποισι, κακές δέ μη εἴρεται αλκή.

Νωῦ

Νιεῦθ' αὐτον βασιλεῦσ' ἔρει, φευγόντι καὶ ἀστοῦ  
 Ωδὲν ὁρᾶς περιέπειται ἀηδόνα ποικιλόδειρον,  
 Τψιμάλ' ἐν τοφίασι φέρειν ὅτιύχεις μεμρπάς  
 Ήδὲ ἐλεὸν γραμποῖσι πεπαρμένη ἀμφ' ὅτιύχεις,  
 Μύρεο. τέλεθλον δὲ διπλασιάς περιέπειται μῆδον ἔστι.  
 Δαιμονίη, τί λέλακας; ἔχει τού σε πολλὸν αρέιων.  
 Τηδὲν οἵσι, οἵσι σ' αὐτὸν ἔγειρε περ ἄγει καὶ αἰσθάνεται.  
 Δεῖπνον δὲ, αἴ κ' ἐθέλω, ποιήσουμαι, οὐ μεθίσω.  
 Αφεον δὲ διέσις κ' ἐθέλω περιέπειται κρείασσον αὐτοφεύγειν.  
 Νίππος τε σέρεται. περιέπειται ἀλγεα πάχει.  
 Οὐς ἔφατ' ὀκυπέτης ὁρᾶς, ταυτίστερος ὄρνις.  
 Οἱ Πέρσαι, σὺ δὲ ἄκατε μίκης, μήδὲν ἔβειν ὕφελλε.  
 ἔβεις γαρ περικοῦ μεταλλού βεσπεράδε μὲν μέτλος  
 Ρηϊδίως φερέμενος μάναται, βαρύθει τοῦ θύπταντος,  
 Εγκύρσας μετηστ. δοδός δὲ επέρηφι παρελθεῖν  
 Κρείασσον ἃς τὰ μίκηα μίκη δέ ύπερ ἔβειος ἔχει,  
 Εις τέλος ὀξειλθεῖσα. παθεῖτε τάπτος ἔγρα.  
 Αὐτόνοιο δέ τοι χειρόρχοος ἀμφοτολίησι μίκησιν.  
 Τῆς μὲν μίκης ρόθος, ἀλκορδύνης οὐ καὶ αἱδρες ἄγεισι  
 Δωρεφάγει, σκολιαῖς μὲν μίκηγες περίνωσι θεριστας.  
 Ηδὲ ἔπειται, πλαίσου πόλιν τε καὶ πέτα λασθή,  
 Ήτερα ἰσταμένην, κακὸν αὐθρώποισι φέρεσσα,  
 Οἴτε μην ἐξιλάσσει, καὶ οὐκέταιαν στειρα.  
 Οἱ δέ μίκης ξενίοισι, καὶ εὐθύμοισι μὴδὲνσι  
 Ιδούσι, καὶ μήτη παρεκβαίνειται μίκης.  
 Τοῖσι τέληται πόλις, λαοὶ δὲ αἰδηῦσιν ἐν ματῇ

Βίριεών δ' αὖτε γάλη πεφύσας Θ., ἀλέποτε ἀντοῖς  
Αργαλέον πόλεμον τεκμαίρεται Σερύοπα Ζεὺς.  
Οὐδέποτε ἴθυμίκαγοι μετ' αἵδρασι λυμὸς ὄπηδε,  
Οὐδὲ ἄττι· Θαλίης τὸ μεμπλότα θρῆνα νέμονται.  
Τοῖτι φέρει μὲν γαῖα πολὺ βίον· οὔτε σινήδρας,  
Ακρι μὲν τε φέρει βαλάνες, μέσαι τὸ μελίστας.  
Εἰσπόκοι δ' οἵτε μαλλοῖς καταβεβείδασι.  
Τίκτυσι τὸ γυναικες ἐοικότα τέκνα γριεῦσιν.  
Θάλλυσι δ' αἴγαδοῖσι διχριπερὶς. ἀλλ' ἐπὶ τῷ  
Νείσουται παρπόν τὸ φέρει ζείδωρ Θ. αφεσε.

Οἵ δ' ὑβρεις τε μέμπλε κακὴ, καὶ χίτλια θρῆνοι  
Τοῖς τὸ Μίκην Κερνίδης τεκμαίρεται εὐρύοπα Ζεὺς.  
Πολλάκι καὶ ξύμπασσε πόλις κακὸς αἵδρος ἐπιυρεῖ,  
Οἷς τις ἀλιζάνει, καὶ ἀπάθαλε μηχανᾶται.  
Τοῖσι τὸ μέσανόθεν μέγ' ἐπήγαγε πῆμα Κερνίων,  
Λιμὸν ὅμη καὶ λοιμὸν δάπεδον θυμόν τοιούτων τοι,  
Οὐ τὸ γυναικες τίκτυσιν, μινύθυσι τὸ οἶκοι,  
Ζευδὸς φερδιμοσιώησι ὄλυμπικα ἀλλοτε δ' αὖτε,  
Η τῇ γε τερπτὸν εὐρὺν ἀπώλεσεν, πόδγε τεῖχος Θ.,  
Η τίας ἐν πόντῳ Κερνίδης δάποτίνυνται ἀντέμ.

Ω βασιλεῖς, ὑμεῖς τὸ καταφεράζετε καὶ ἀντέ  
Τινῶδε μίκην. ἐγγὺς γένος ἐν αἴθρωποισιν ἰόγτες  
Αθανάτοι, λεύστεςσιν, ὅσοι σκολιῆσι δίκησι  
Αλλήλους ἔριψασι, θεαμνὸπιν τοιούτοις ἀλέγοντες.  
Τείς γένος μύρεοισιν ἐπὶ χθονὶ πελυθοτύρη  
Αθανάτοι Ζευδὸς, φύλακες θυητῆρις αἴθρωποι.

Οἴεσ φυλάσσοντες δίκαια καὶ χέτλα ἔργα,  
Ηέσσιασάμδροι, παύτη φοιτήρτες ἐπ' αἷς.  
Ηδέ τε παρθενόθεστοι δίκαιοι, μίσος εὐγεγάντα,  
Κυδνύ τ' αἰδοῖη τε θεοῖς, οὐδὲν μητοι ἔχοντα.  
Καύρος ὄποτε αἴτιος μη βλάπτῃ σκολιώδες ὄνοτάζων,  
Αὐτίκα παφέ διὸ παῖς οὐδεὶς ζορμύν κεφνίων,  
Γιρύετ' αὐθρώπων ἀδίκον νόος ὅφρος δόποτε τῇ  
Δῆμοθε αὐταδαλίας βασιλίων, οὐδὲν λυχεῖ τοιεῦτες  
Αλλη παρκλίνεται δίκαιοι, σκολιώδες εὐτόποτες.  
Ταῦτα φυλασσάμδροι βασιλεῖς, ιθιαίτε μένθοις,  
Διερράγοι σκολιῶν τὸ δίκαιον δηπιπάγχυ λαθεότι,  
Οἱ ἀνταρκάκα τούχει αὐτῷ, ἀλλα κακά τεύχων  
Η τὸ κακὸν βγλὴ τὸ βγλεύσαπ πακίστη.  
Παύτα ίδεντοι δίσος ὁφθαλμός καὶ παύτα νοῆσας,  
Καί τυ τάδ', αἴκ' ιθέλησ', δηπιμέρηται· οὐδὲ εἰ λίθοι,  
Οἴλιοι δὲ, καὶ τινέδε δίκαιοι πόλις εἰτὸς ἔεργα.  
Νυῦ δὲ οὐδὲ μήτ' ἀντὸς εἰ αὐθρώποισι δίκαιοθε  
Εἴλιοι, μήτ' ἐμός γέδος. ἐπεὶ κακόν, αἴδρα δίκαιου  
Εμδραγει, εἰ μείζω γε δίκαιοι ἀδίκεστεροθε εἰξει.  
**C**laudo vīcinus disces claudicare.

**C**ornicibus viuacior.

**C**um exossis suum rodit pedem.

**D**auus sum non Oedipus.

**Dentale**

Dentale non ineft illi.  
 Dies nouerca & parens.  
 Difficia quæ pulchra.  
 Dimidium plus totò.  
 Dispensio æquale malum lucrum.  
 Domi manendum.  
 Domum cum facis, ne telinquis impedita.  
 Domus amica, domus optima.  
 Dorica Musa.  
 Eadem mensura.  
 Fama non temere spargitur.  
 Fama prodit omnia.  
 Festina lente.  
 Figulus figulo intuidet.  
 Genitura proprius.  
 Gratiæ gratiam parit.  
 Homo homini deus.  
 Huic ergo te.  
 Isdem vescentes cepis.  
 Illatis manus.  
 In holmo cubabo.  
 In omnia potens.  
 Inuidus vicini oculus.  
 Limen senectæ.  
 Lingua impetrare.  
 Lippis ac tonsoribus nötum.

Lucrum malum, æquale dispendio.  
 Lusciniæ deest cantus.  
 Macilenta manu pinguem pedem.  
 Mala senium accelerant.  
 Malo accepto stultus sapit.  
 Malum consilium consultori pessimum.  
 Martis campus.  
 Melitæus catulus.  
 Mulieris podex.  
 Muli asinis quantum præstant.  
 Multæ manus onus leuius reddunt.  
 Multis iictibus deñcitur quercus.  
 Ne bos quidem pereat.  
 Ne à Chytropode cibum.  
 Nec sibi nec alijs vtilis.  
 Neque nullis sis amicus, neque multis.  
 Ne quid nimis.  
 Nemesis adeſt.  
 Ne vni naui facultates.  
 Noctesq; diesq;.  
 Nendum sacrificata deuorat.  
 Non impetam lingua.  
 Non ineſt illi dentale.  
 Non omnino temere eſt, quod vulgo dicit.  
 Non semper erit æſtas. (tant.  
 Notum lippis ac tonsoribus.

Nofce

Nosc et tempus.  
 Nulla dies omnino mala.  
 Octapedes.  
 Phoci conuiuum.  
 Pusillum pusillo addere.  
 Qui non litigat cœlebs est.  
 Qui quæ vult dicit, quæ non vult audiet.  
 Risus Sardonius.  
 Rumor publicus non omnino frustra.  
 Scarabeus aquilam querit.  
 Sera in fundo parsimonia.  
 Si dixeris quæ vis, audies quæ non vis.  
 Si iuxta claudū habites claudicare disces.  
 Sine sacris hæreditas.  
 Spartam nactus es, hanc erua.  
 Spes in labro pyxidis.  
 Verecundia inutilis viro egent.  
 Vrit absque torre.  
 Utilis nec sibi nec alijs.

### PROVERBIORVM FINIS.



OBVIA DE RATIONE  
carminum Gracorum.

**N**IS VNI est quoque non incommodum futurum studiosis, si de ratione carminum ea duntaxat subiecero, quæ Latinis, nisi parcissime fiant ad imitationem Græcorum, vitiosa sunt, vel etiam ignota, Græcis tamen communius protrita, omnibus iure optimo libere conceduntur.

- Nota est longæ syllabæ.
- brevis.
- anticipis, sive natura sine licenda.

*Canon 1.*

In qualibet cæsura vocales breves subintenduntur, pertaro in quinaria & septenaria Latinis. Cæsura seu sectio, Græcè πυτή vel τυπῆσις, est dictionis post penultimum quemuis absolutum, ultima syllaba superest.

Oιδίμεγχιά χορτές ἐπέδραμον υῖς αὐχαιῶν

-. u v | - u v - u v - u v - u v -

Αλλὰ τάγ' ἀσταρτα Σειρέστα πάντα φύονται

- u v v - - | - u v v - u v - u v - u

Αύταρ

Αὐτῷ τοι δακρύει γένετο ιαχύτης θρόπος.

— u u — v u — o u | - u u — u u — u

Καί τοι συμφέρει τότε, τὸ έπαρχοντος φίλον πέπερ.

— e — v u — v v — — | — u v — u

In primi versus ἐπιμιμερεῖ, γα, & secundi πατριμιμερεῖ, τα, productitur a, quamuis cor- recta sic. 96. ii. In tertij ἐφιμιμερεῖ, θ, et quas- ti ἐπιμιμερεῖ, στ.

### Canon 2.

Idem frequentius fit, si sequens dictio sub struat binas vel duplices consonantes, quæ præcedentis dictionis vocalem finalem breuem Græcis positione suffulciunt, cum tam apud Latinos binæ consonantes dictio- nis posteræ principales, nihil iuuent positu vocalem breuem nude finalē dictionis prioris: nam in sequentib; metris vocales breues cum ob cæsuram tum positione pro ducuntur.

Καὶ τῇ γε τοσθεῖ τούτῳ απόλεσσεν οὐδε τείχος.

— - - | - v v - v u - u u - u v - u

Δεῦτε Διὸς κατέπειται σφέτερον πατέρον ὑμείς σαμαριταῖς.

— v v — u u | - u u - v v - - - u

Καὶ τοι μὲν χείρεσσιν οὐδὲ σφετέρησι δακρύτες.

— - - - - v v | - v v - v v - u

Τοῖσις ἐλα καρπὸν δ' ἔφερε ζείδωες ἀευνεῖ  
 = u. u - - - u u | - - - u u - u -  
 Τόντη χρλωσάμενος φεγούφη τιφεληγερέτα Ζεῖς  
 = u u - . u u - u u - u u | u -

## Canon 3.

Vocales longae vel diphthongi nude finiales, communes fiunt, si subsequens dictio incipiat à vocali, ut in hoc carmine nec in corpore sunt.

Τιών ἐγὼ δέ καὶ Πέρση θεάτην μα μυθοσάμενη.

= u<sup>o</sup> e - u u - u = u u - u u - u - -

## Canon 4.

Quandoque in eadem dictione tam longae quam breues, communes fiunt vocali continuo sequente,

Ἐδὲ μῆνας αἴσα σύες χαμαιδιάδες αἰσὶ οὐδὲν.

= u u - u u - u u - u u - u u - u

Εκτορ ψὲ Πειάμβρο, πίνδὲ σὺ νόσφιν ἀπ' ἀλλαχεῖ,

= u u - u u - u u - u u - u u - u

Αὐτίκα πὰρ Διὸν παῖδει καθιζομένη κεργίων.

= u u - u u - u u - u u - u u - u

Τόντε γένεται θρώποισι νόμοι φίέταιξε κεργίων.

= u u - u u - u u - u u - u u - u

## Canon 5.

Per συνεκφώνησιν seu σύζελξιν duas syllabas sine media consona interallante, in una longa confluunt quatuor modis, bre-

ues, breuis & longa, longa & breuis, longa  
& quandoque finales in breuem proxime  
vocali sequente.

*Tῷ κεκορεσάμδυος τείκεα Εἰ μῆλοι ὄφελοις.*

- u . u - u u - - u - - u u - -

*Ωριγάρ τὸ ὄλιγη πέλεται γειτίωντ' ἀγρέωτε*

- - - u u - u u - - - u u - - u

*Βετὶ καὶ πύμόνοισι ἐπιτέτανοι ἀντίρηπεντα.*

- u u - u u - u u - - u u - u

*Τῆμος θάλασσαν βασίτεκά δ' εἴσερι τὸ πλέον εἴη.*

- - - - u u - u u - - u u - u - -

*Δειδρέωι φεζόμενος λυρίκη χρέωνται αἰσθανέται.*

- u - u - u u - u u - - u u - u - -

### Canon 6.

*Connexiones μικτή, præcedentem vocalem breuem, veluti mutæ cum liquidis, communem faciunt.*

*Η πε Σαπαλάμον περδυως ἐπὶ ἔργον ἐγέρει.*

- u u - u u - - u u - u u - u - -

*Πείτε δὲ σροτιᾶσσαμ ἔκτῳ δὲ εἰς αἴγυς ἀφῆσαι.*

- u u - - - u u - - - - u u - u

*Αἴγυπτίς δὲ πλεῖστα δόμοις ἐν τῇ μετανοῇ κατα.*

- u u - u u - u u - - u u - u - u

### Canon 7.

*Non raro sola liquida vocalem anteecedentem breuem extendit.*

Μηδέτε ποτε φίλον ἐγώ πάμποισι μετέμνεσθαι  
 Ιμερέστης καράβης, θεός δέ τον μέλος ἄνεσθαι  
 Διεργα Διονύσου πολυγλύθος ἀντέρ επεκάνθη.

Sed potest etiam Διονύσου per αι legi, ut haec  
 beret Eustathius.

### Canon 8.

Liquida cum alia consonante sequente,  
 quandoque præcedentem vocalem breuem  
 nihil impedit positione,

Εἰ γέρποι τοιχὸν χεῖμα τὸ γχέειον ἀλλογήνται.

Χρύσον μὲν φράτιστα γένεται μερόπων αὐθράποιν  
 τοιχόντος περ σωματόντων, spondēum efficies.

In τὸ γχέειον γ natura, est, conflatur enim  
 ex ἡρὶ δικέα. Quod si maiis nō absurde ex  
 γεύσοις περ σωματόντων, spondēum efficies.

### Canon 9.

Nonnunquam σ præcedentem vocalem  
 longam velut liquida mollificat.

Τοιχός Εὔτας εἰξίκοντα μετὰ βοτάς τὸ λίοιο.  
 pducit. = . = . . . . v . = . v v . = v u - u  
 § 8. 3.

### Canon 10.

Quędam monosyllaba apostrophū passa  
 quādā

quandoque veluti ad artem non pertinente  
sa, negliguntur; quandoq; ceu verne, alio  
serius dictionis vicinam syllabam inuahis-  
dam suffirmant.

*Δοκρη χειμαρρωνή θέρφδ' αρβαλέη κάτι ποτ' ειληνί.  
Ει δίκαιος ἐργαζόμενος τηλάσσης πεπρωθε.  
Νυν δ' ἴχθυ μάτι ματος εἰς αὐθρώποισι μίσγετο.*

In Σίπει & ζηλάσσει corripitur et propter  
vocales in sequentes, & δ' ει particulae tan-  
quam nullius momenti, eis carminis fructu-  
ra semouendae, despiciuntur. In ιχθύ vero et  
ministerio δ' adiuta protenditur. Vide Scr-  
uium eadem sc̄re difference super versu 17.  
tertij Aeneidos;  
*Limenaq; laurusq;*

### Canon 11.

Gracis liberum est in carmine facere, vel  
minus, apostrophum.

*Τὸ ορθῶν τέρπει τι βαρτύς ἵπτ' ἀπείρονα λίναν.  
Ωμαῖος δὲ γυναιχε τοὺς δῆτας οἴκους ἀγαθα.*

Vides in priorē versu δῆτα amississe, in po-  
steriore non item, utrobiique tamen vocali  
proximis sequentes. At Latinis, quando pri-

or dictio finit vel in vocalē vt consonantē  
m, nunquam sine vitio conceditur præter-  
ire collisionem; vt Littora mult' ill' & ter-  
iacatus et alto: nisi id rarissime fiat ad intita-  
tionem Græcorum: vt, Insulae Ioni' in Ara-  
gno quas dira Celæno. Et succus pecori, &  
lac subducitur agnis. Vergilius Aegloga 3.  
&, Tun' ill' Aeneas quem Dardanio Anchē  
se. In Insulae Pecori & Dardanio, vocales fi-  
nales longæ non auulſat per apostrophum,  
communes fiunt more Græcorum, iuxta ca-  
nonem tertius item Latini tam longas quam  
breues vocales elidunt, Græci tantum bre-

\* Rarissimes, \* adposito semp collisionis signaculo,  
melogas Vnde nulla facienda est collisione in mensu-  
randis carminibus Græcis, nisi sit signata.  
Denique sciendum, celebri usu Græcis esse  
poetis, præcipue Hesiodo, quinto loco He-  
xametri diligere spondæum.  
Μέσης Πλειόνεσσιν αὐτὸν κλείσοντα.

- - - u v - v v - - - - -

In hoc carmine etiam πάστων spondæum  
efficit, non trochæū: nam aut & ordiphthoni-  
gi finales, quamuis apud Grammaticos cer-  
feantur breues, tamen apud poetas, nisi per  
apostrophum decident, vel propter sequen-  
tem

tem voealem corripiatur, habentur produc-  
tæ. Item Πατέρα, primam producit, licet  
vocalis sit ante vocalem. Vbi nota quod in  
Latinis dictionibus semper vocalis ante vo-  
calem corripitur, præter inflo. Apud Græ-  
cos vero  $\alpha$   $\iota$   $\upsilon$  ante alias vocales nunc longæ  
sunt, nunc breues, vt in λαὸς - υ πroduci-  
tur, in ἀοιδὴς υ - υ corripitur. Porro Græcis syllabæ  
facillima obseruatio est quantitatum, nam rū quan-  
quilibet diphthongus, & vocales η, ω, per-  
petuo syllabam longam: ε, ο, breuem, nisi na-  
turam suam exuant aliquo predicatorū mo-  
dorum, constituunt. Solæ vocales  $\alpha$   $\iota$   $\upsilon$ , δι-  
χόρας, id est, nunc productæ, nunc correptæ  
inueniuntur. Quarum tempora leuissimis  
quotibz coniecturis studiosus abunde vena-  
bitur, nempe primitus vel inflexione fina-  
lium quantitatem, cum passim ex compen-  
dio, tum etiam accentu vel apostropho de-  
prehendet, vt τὸ μέλι πᾶ μέλιτι corripit. 371.  
13. & 373. 15. πυρὶς α producit. 373. 20. O-  
mnis synæresis facit syllabam longam. σά-  
χις υ υ υ σάχις υ - 20. 4. in margine. Caeu-  
men putes synæresin factam, vbi saepius  
syncopa fit vel apostrophus, vt in ελία υ υ  
ελία υ υ καὶ αἴρησ, καὶ εργός. υ - υ In ver-

<sup>titas a-</sup>  
<sup>pudGræ</sup>  
<sup>cos.</sup>

bis & finales corripiuntur, quia polysyllaba  
in antepenultimam accentum, ubi stare ne-  
quiret si ultima esset longa, recipiunt, πίτυ-  
φα, ἐπιψα, τύποιμ, τύφθην, ίσημ, ίσεδι, bisylla-  
bā eodem argumento in penultimam cir-  
cunflectunt, εῖπα, χῆμ. sic quoque a prodi-  
ctam participiorū in as ostendit accentus,  
ποίσαις - - ποίσαισαι - - . sed & participia  
verborum in μ, ancipites & v extendunt ιώς  
-- ίσαισαι -- ν σάς = σάσαι - ν ζάγρυς -- ζάγρυσαι  
-- . Etiam & in tertījs personis ante ultimam  
lonum more insertum, & per reduplicatio-  
nem accessorium, & a, v propriè vocales in  
verbis μ solutæ, corripiuntur, τύποιντε τύ-  
ποιντε - - ν ν ποιεῖται ποιάται - ν ν ν πθήσαι ν - ν  
πθήσαι ν ν ν ζύγρυνται - ν ν . Item apostrophus  
communi usū defecans vocales tantum bre-  
ues, ancipites arguit correptas, vt in δαι ν ν  
χεται ν ν μάλαι ν ν ήται ν ν ancipites corripiun-  
tur, quia saepius inueniuntur per apostro-  
phum reuulsæ, ήτ' ρετ' μάλ' ήτ'. Sed & a iu-  
nales, in præpositionibus, aduerbijs, et con-  
iunctionibus ferè in vniuersum correptæ  
sunt. Et hæc de finalibus. Verum si secun-  
dam, tertiam, quartam ue à fine ancipitis oc-  
cupent syllabam, facillimum tutissimumq;  
erit,

eris, si imiteris poetas receptiores. Veleus  
am Gazā consulas licet, in tertio suę grama-  
maticę de hac re quedam breviter & docte  
præcipientem. Denique unum admonen-  
dum, & u non ideo vocari δίγορα, quod ad  
cuiusuis arbitriū, vt quidam existimant,  
in una eademq; dictione & produci & cor-  
tripi queant, sed eo modo δίγορα esse, quo  
omnes vocales apud Latinos, ita quod in  
hac dictione omnino producantur, in illa  
corripiantur. Nam sicut apud Latinos in fa-  
mes -- risuros -- vocales omnino produ-  
ctae, & in ades -- dominus -- eadem per-  
petuo correptæ sunt, sic quoque apud Græ-  
cos sic in διγέροις. tametsi non ignorē Græ-  
cos poetas quandoque δίγορα eiusdem dia-  
ctionis, præsertim alia vocali vel liquida, vt  
prædictum est, sequente, modo corripere,  
modo producere consueuisse, vt in ζωνίς  
ut reperitur indifferens apud poetas: simili-  
ter in ἄρες &, apud Homerum, ἄρες ἄρες βέρτο  
λόγια - - - - - . Idq; frequentius si complu-  
tes breues cōcurrant, vt a particula in com-  
positione priuans, breuis est, pducta tamen  
legitur composita θάτατθ υ υ υ κάμιατθ υ υ υ  
& similibus pedibus ξιβέρχισιν, άθατθ

-υυυ ἀχάματος -υυυ σίκ θήδε quum : corripit  
 at, in Διογένης -υυ- producit. Atq; huius ge-  
 neris permulta occurruunt legentibus poe-  
 cas. Semper enim Græcis quam Latinis Mu-  
 sæ fuere fauentiores : vnde doctissimum e-  
 zitat Martialis Epigramma:

*Dicunt eiacevò tamen poete,  
 Sed Graci, quibus esse nihil negatum,  
 Et quos apes apes licet sonare.  
 Nobis non licet esse tam disertis,  
 Qui musas colimus scueriores.*

F I N I S.

HE SI ODI

# HESIODIAS

CRAEI OPERA ET DIIS IO-

hanne Frisio Tigurino in-  
terprete.

*Motu ad marginem posuisse deorum columnam  
in Graeco sensu Hesiodi.*

V S. AB ē Pieria carminibus celebran- 23  
tes,

**A**gite, Iovem dicite nestrum patrem  
laudantes,

Quomodo mortales viri pariter obscuriā clariā  
Nobiles ignobilesq. Iouis magni voluntate.

Facile enim extollit, facile vero elatum deiicit.

Facile præclarum minuit, & obscurum adauget,

Facile vero corrigit incuruum, et superbū desiccat,

lupiter altifremus, qui supremas domos incolit.

Audi videns, audiensq. iustitiae vero dirige leges  
Tū. ego vero Persæ vera dicam. (terram

Non sanè vñū erat contentiōnū genus, sed super  
Sunt duo. Hanc quidem laudaverit intelligens,  
Altera vero vicuperabilis, in diaerſū animū ducūt.  
Hac etenim bellumq. exictiosum, & licet adauget  
Noxia nullus hanc amicū accipit mortalis, sed ne-  
cessariè

Immortalium ex consilijs licet honorant molestatiss.  
Alteram vero (priorum quidē genuit nox obscura)  
34 Posuit vero ipsam Saturnius aliijugus, ac here ba-  
bitans.

Terraq; in radicibus, & viris multo meliorem.  
Hac et ignauū quantumuis, tamē ad opus excitat.  
In alterum enim quispiam incutus, operis indignus,  
Divicem, hic festinas quidem arare, atq; plantare,  
Domumq; recte administrare amuletur vero vici-  
num vicinus,

Ad diuinias festinantes, bona vero contentatio bat  
boniib;.

Et filius figulo irascitur, & fabro faber,  
Et inops inopi intuidet, & canor cantori.

O Persa: Tu vero hac tuo reconde animo.  
Neq; tuum contentio malis gaudens ab opere anni-  
sum abstrahat,  
Lites insipientem, fori audicorem existentem.  
Tempus enim breve est concionumq; fori,  
Cui non vidus intus annus reconditur  
Tempestiuſ, quamcellus profert, Cereris munus.  
Quo saturatus, contentiūem & liceūem augeas  
Facultatibus in alienis: Tibi vero non amplius  
secunda vice licebit  
Sic facere. Sed hic dijudicemus contentiūem  
Relū iudicijs, que ex lone sunt optima.

Nuper

Nuper enim sortem diuisimus, aliaq, multa  
 Rapiens auferebas, valde concilians reges  
 Doniuoros, qui hanc litem cupiunt iudicasse.  
 Stulti, neq, sciunt, quanto plus sit dimidium totū.  
 Neq, quam in maluaq, Gasphodelo magna commo-  
 ditas.

Occulcarunt enim Dij victimum hominibus.  
 Facile enim vel vno die labor asses  
 Ita vt tu in annum haberet, etiam otiosus existens:  
 Statim verò remonem super fumum posuisses, 25.  
 Labores boum perijssent, & mulorum laboris pati-  
 entum.

Sed Iupiter abscondit iratus mentibus suis,  
 Quoniam ipsum decepit Prometheus vafer,  
 Propterea hominibus machinatus est curas diffi-  
 ciles,

Occulcauit verò ignem, quem rursus bonus puer  
 Iapeti

Furatus est hominibus Ioue à prudente,  
 In caua ferula, latens Iouem fulmine gaudentem.  
 Hunc iratus allocucus est nubicogus Iupiter.  
 Iapeti fili de omnibus consilia edocet,  
 Gaudes ignem furatus, & quod meas mentes decen-  
 pisti,

Tibiq, ipsi magna calamitatem, & viris posteris  
 His ego pro igne dabo malum, quo uniuersi

*Delectantur animo, suum malum amplectentes.  
Sic dixit. subrisit verò pater hominumq; Deumq;, Vulcanum verò iussit præclarum, quām oxyssi-  
mè*

*Terram aqua commiscere, in verò ponere vocem,  
Et robur immortalibus verò Deabus aspergum assi-  
mulare.*

*Virgineis pulchram formā per amabilem. Ceterum  
Mineruam*

*Opera docere, artificiosam telam texere.*

*Et gratiā circumfundere capiti auream Venerem,  
Et desyderium difficile, & membra fatigātes curas  
Imponere verò caninamq; mentē, & fallaces mores  
Mercūrium iussit, internuntium Argicidam.*

*Sic dixit, illi verò obediunt Ioui Saturnio regi.  
Protinus verò ex terra formauit inclitus utroque  
pede claudus*

26. *Virgini veneranda simile, Iouis ob præcepta.*

*Cinxit verò & ornauit Dea casis oculis prædicta  
Minerua.*

*Circum ei Charitesq; Deæ & Veneranda suadela  
Monilia aurea posuerunt corpori. circū verò ipsam  
Horæ pulchricomæ coronarunt floribus vernis,  
Omnem verò ei corpori ornatum applicuit Pallas  
Minerua.*

*In sanè ei pectoribus internuncias Argicida,  
Menda-*

Mendaciaq; blandosq; sermones, & furax inge-  
niam

Struxit, Iouis consilijs grauisoni, in verò vocem  
Posuit Deorum præco, nominauit verò banc mu-  
lierem

Pardoram, quoniam omnes cœlestes domos incolentes  
Dorum donarunt, nocomencum hominibus solerib.

Caterum postquam dolum arduum incutabi-  
lem perfecit,

Ad Epimetheam mittit pater inclytum Argicidam  
Ionum ducentem Deorum celerem nuncium, neque  
Epimetheus

Confiderauit quod ei dixerat Prometheus, ne forte  
donum

Acciperet à Ioue cœlesti, sed remitteret  
Retro, ne forte quid mali mortalibus accideret.  
Iaceturum ille ubi accepit, quando sanè malū habuit,  
sapuit.

Prius quidē viuebant super terrā tribus hominū  
ieorsum sine malis, & absq; difficiili labore,  
Morbisq; difficilib. quin & hominib. Seniū dederūt.  
Statim enim in afflictione mortales consenescunt.  
sed mulier manibus dolij magnum operculum cum  
abstulisset,

Effudit, hominib. uerò machinata est curas difficilez  
Sola verò illuc spes in infractis domibus

*Inclus mansit dolij sub labris, neq; foras*

**27.** *E uòlauit, prius enim superiniecit operculum dolij,  
Aegida habentis consilijs Iouis nubicoga.*

*Alia verò infinita mala inter homines oberrant;*

*Plena enim terra malis, plenum verò mare:*

*Morbi inter homines, interdiu, atq; noctù*

*Spontanei obambulant, mala mortalibus adferen-  
tes,*

*Tacitè, quoniam vocem ademit prudens Iupiter.*

*Sic nullo modo licet Iouis menem effugere.*

*Si verò vis, alium ego tibi sermonem summatim p-  
stringam*

*Bene & doctè: tu verò mentibus immitte ruis.*

*Vt simul nati sunt Dei, mortalesq; homines,*

*Aureum quidem primum genus diuisis linguis  
tentium hominum*

*Immortales fecerunt cælestes domos incolentes.*

*Isti sub Saturno erant, quando in cælo regnauit.*

*Vtq; Dij viuebant securum animum habentes,*

*Seorsum absq; laboribus & ærumna, neque ullam i-  
fera*

*Senectus aderat, semper pedes & manus similes,*

*Delectabantur in conuiuijs, mala extra omnia.*

*Moriebantur verò, tanquam somno domiti: bona  
verò omnia*

*Illis aderant, fructum verò proferebat alma tellus*

*Nullo*

*Nullo cogente, mulumq; & copiosum. ipfi verò vo-  
luntarij,*

*Trāquilli, laboribus fruebantur cum bonis multis.*

*Ceterum postquam & hoc genus terra obrexit,*

*Ili quidem Dæmones sunt Iouis magni consilijs*

*Eximij, terrestres custodes mortalium hominum, - 28.*

*Qui sanè custodiuntq; iura, & molesta opera*

*Terrem induci, vndiq; peragrantes super terram.*

*Divitiarum datores, & hoc præmium regale conse-  
cuci sunt.*

*Secundum rursus genus multo deterius deinceps  
Argenteum fecerunt, cœlestes domos tenentes.*

*Aureo neq; indole simile neq; sensu.*

*sed centum quidem puer annos apud matrem sedue-  
lam*

*Aebatur crescens, valde stolidus, sua in domo  
Sed postquam adoleuisset, & pubertatis modum at-  
egisset,*

*Braue viuebant ad tempus, doloribus referri*

*Exansipientijs, iniuriam enim nocuam non poterat*

*A simuuo propulsare, neq; Deos colore*

*Velbās, neq; sacrificare Deorum sacras super aras,*

*Quatenus fas est hominibus secundum consuetudi-  
num. hos quidem postea*

*Jupiter Saturnius extinxit iratus, ea quod bonores*

*Nondabant beatis Diis, qui cælum incolunt.*

Caterum postquam & hoc genus terra obexit,  
Hi quidem subterranei beati mortales appellancur  
Secundi, sed tamen honor & hos sequitur.

Jupiter verò pater tertium aliud genus articulata  
voce videntium hominum

Aeneum produxit, non argenteo quicquam simile,  
E fraxinis, acre & robustum. quibus Martis  
Opera curæ sunt suspiciofa, & conumelia: neque ri-  
bum

Edebant, sed adamante habuerunt robustiorem &  
nimum,

Informes. ingens verò vis, & manus intactæ,

29. Ex humeris crecebant in validis membris.

Illi verò erant ænea arma, æreaq; domus.

Ex æro verò operabantur. nigrum verà non erat  
ferrum.

Et isti quidem manibus à proprijs domiti,

Descenderunt in opacam vel amplam domum bor-  
rendi Plutonis,

Ignobiles, mors verò & immanes quantumvis exi-  
stentes

Cepit atra, splendidum verò reliquerunt lumen Sa-  
lis.

Caterum postquam & hoc genus terra cooperuit,  
Rursus etiam aliud quartum super terram mulci-  
pascuam

Jupiter

Iupiter Saturnius fecit, iustius & præstantius  
Virorum herorum diuinum genus, qui vocantur  
Semidei priori etati, per immensam terram.

Et hos quidem bellumque calamitosum, & pugna  
dura,

Hos quidem apud Septiporcias Thebas Cadmaam  
terram

Perdidit pugnantes oves propter Oedipi.

Alios verò in nauibus super magnum fluxum maris

Ad Troiā ducens, Helenā propter pulchritudinem.

Ibi certè hos mortis finis oppressis.

Illi autem seorsim ab hominibus vidū & sedes pro  
bens,

Iupiter Saturnius conficit pacem, ad terminos  
terrae.

Et isti quidem habitant liberum à curis animum  
habentes,

In leitorum insulis, iuxta Oceanum vorticosum,

Beti beroes, illis mellifluum fructum

Ter in anno virensem profert alma tellus.

Nor amplius vicinam ego quinti intercessum

Vix, sed aut prius mortuus essem, aut postea natus.

Nunc enim genus est ferreum, nec unquam die 30.

Cessabunt à labore & ærumna, neque noctu,

Perditi, duras verò Di jadabunt curas.

Sed tamen & his miscobuncur bona malis.

*Jupiter verò destruet & hoc genus distinctè loquuntum hominum.*

*Quando vero facti cani circa tempora fuerint,*

*Neq; pater filijs concors, neq; liberi,*

*Neq; hospes hospiti, & amicus amico.*

*Neq; frater amicus erit, quemadmodum antea,*

*S: atim senio confectos de honestabunt parentes.*

*Arguent verò asperis alloquentes verbis,*

*Impij, neq; Deorum in quietū veriti. neq; isti quidem*

*Grandioris parentibus nurricandi officium reddēt.*

*Violenti, alter verò alcerius urbem eueret.*

*Nulla vero pij gratia erit, neq; iusti,*

*Neq; boni magis vero scelerum artificem & violen-*  
*tum*

*Virum honorabunt, Iustitia vero in manibus & ve-*  
*recundia*

*Non erit, damno verò afficiet malus prastanciorum*  
*virum,*

*Verbis intorciis alloquēs, insuper perjurium iurabit,*

*Inuidia verò homines calamitosos omnes*

*Obstrepera malis gaudens sequetur inuidiosè respe-*  
*ctans.*

*Et tunc sanè ad cælum à terra latiuia,*

*Albis vestibus obrecta corpus pulchrum,*

*Immortalium ad familiam perrexerūt relinquentes*  
*homines,*

**Pudor**

**P**udor et Dea iustitia. relinquuntur vero dolores  
difficiles

**M**ortalibus hominibus. mali vero non erit remedium.

**N**unc vero apogum regibus dicam, sapientibus 31.  
quamvis ipsis.

**S**ic accipiter alloquutus est lusciniam canoram,

**A**lce admodum in nubibus ferens, vnguibus corri-  
piens.

**I**lla vero miserabiliter incurvis transfixa vnguibus

**L**ugebat. hanc vero imperiosè sermone allocutus est.

**I**n felix, quid obstrepis? babet nuc te multo prestanti-

**H**ac eundem est tibi, quare ego duco, licet causa-  
tricem existentem.

**C**anam vero, si voluero, faciam, aut dimittam.

**S**tultus qui volit potentioribus aduersari.

**V**ictoria priuatur, et ad dedecus dolores patiatur.

**S**ic ait volox accipiter, extensis alis predita avis.

**O** Persa, tu vero audi iusticiam, neque concumeliam  
. auge.

**I**niuria vero mala misero homini, neq; sanè fortis

**F**acile perferre potest, graetetur vero ab ipsa,

**I**llapsus damnis, via vero altera perueniendi

**P**otior ad iusta, ius vero super iniuriam preualeat,

**A**d finem progressa. damno accepto stultus sapit.

**S**ciam. n. currit periurius vna cum peruerfis iudicijs.

*Iustitia verò impetus violentus erat e quo & homines duxerint*

*Doniuori. inquis verò iudicijs iudicarint leges.*

*Hac verò sequitur flens per urbē & sedes populorū  
Aere amicta, malum hominibus adferens,*

*Qui verò ipsam expellunt, & non rectam distribuerunt.*

*Qui verò ius hospitibus & popularibus reddunt*

*Æquum, neq; prætergradiuntur iustum,*

*His floret urbs, populiq; florent in ipsa,*

32. *Pax verò per terram prolixa, nunquam ipsis*

*Triste bellum parat latè videns Jupiter,*

*Neq; unquam iustos incer viros fames versatur,*

*Neque damnum in conuiuijs, aut partis opibus frumentum.*

*His profert terra copiosum victum, in montibus vero quercus*

*Summa quidem profert glandes, media verò apes,*

*Lanigeras verò ques, lanis degrauatae sunt.*

*Pariunt verò uxores similes liberos parentibus.*

*Florent verò bonis perpetuò, neq; in nauibus*

*Icer faciunt, fructum verò profert uberrima tellus.*

*Quibus verò & iniuria cura est mala & prava opera,*

*Iisdem pœnā Saturnius destinat latè vidēs Jupiter.*

*Sæpe & universa urbs ob malum virū molestatur,*

*Qui*

*Qui peccat & iniusta machinatur.*

*Illi verè cælicus magnam induxit pœnam Saturnius,*

*Famem simul & pestem. pereunt verò populi.*

*Neq; mulieres pariunt, decrescunt verò familie,*

*Iouis consilio cælestis. Interdum verò rursus*

*Aucthorum exercitum lacè perdidit, aut ipse murū,*

*Aut naues in mari Saturnius punie illorum.*

*O gubernatores, vos verò perpendite & ipsi*

*Hanc pœnam. Propè enim inter homines existentes*

*Immortales, vident, quozquot peruersis iudicijs*

*Se mutuo atterunt Deorum aspectum nō curantes.*

*Ter enim decies mille sunt super terram multorum  
alericem*

*Immortales Iouis custodes mortaliū hominū.*

*Qui sanè custodiunt iura, & prava opera,*

*Nube amicti, passim obambulantes super terram.*

*Hac & virgo est iustitia Ioue procreata,*

*Pudicaq; & veneranda Dijs, qui cælum incolunt.*

*Et sanè quando aliquis ipsam offenderit prauè in-  
iuria afficiens,*

*Protinus apud Iouem patrem sedens Saturnium,*

*Exponit hominum iniustam menem, ut luas*

*Populus sclera regum, qui prava cogitantes*

*Aliò deflectunt iudicia, oblique pronunciantes.*

*Hec custodientes ô reges rectas faciunt sentencias,*

*Donuori prauorum verò iudiciorum omnino obliuī  
scimini.*

*Sibip̄ si mala struit vir, alteri struens.*

*Malum verò consilium consulcori pessimum.*

*Omnia videns Iouis oculus & omnia intelligens.*

*Et sanè hac, si velit, inuetur, neq; ipsum laet;*

*Quale nam iudicium vrbs intus concineat.*

*Nunc verò neq; ipse iner homines iustus*

*Esse velim, neq; meus filius, quoniam malum eſc,  
virum iustum*

*Esse, si plus iuris iniustior habebit.*

*Verūm hac non existimo perfecturum Iouem fulmi  
ne gaudensem.*

*O Persa, cu verò hac animo reconde tuo.*

*Ec sanè iustitia obtempera, iniuria verò obliuiscere  
omnino.*

*Hanc enim hominibus legem constituit Saturnius,  
Piscibus quidem, & feris, & avibus volatilibus,  
Se mutuo deuorare, quoniam ius non eſc in illis.*

*Hominibus verò dedit iustitiam, que longè optima*

**34.** *Eſc. Si enim aliquis voluerit iusta pronunciare*

*Prudens: huic quidem dac lacè videns Jupiter.*

*Qui verò testimonij sponte sua periūrium peierans*

*Mentietur, ius verò violauerit, immadicabilior da  
mmo affectus eſc,*

*Huiusverò obscurior posteritas in posterū relata eſt,  
Viri*

*Viri verò veracis posteritas postea illuſtrior.*

*Tibi uerò ego, bona ſentiēs, dico ſtultissime Persae.  
Malitiam quidem & cumulatim licet capere  
Facile breuis quidem uia, valde uerò prope habitat.  
Viruſem verò ſudorem Dij ante posuerant  
Immortales, longa verò & ardua ſemic a ad ipsam,  
Et aſpera primum, poſquam verò ad ſummu m uen-  
tum fuerit,*

*Faciliſ quidem poſtea eſt, diſſiciliſ quantumuiſ e-  
xiftens.*

*Hic quidem ope rimus eſt, qui ſibi ipſi omnia proſpiciit,  
Expendens, qua & in poſterum & ad finem ſint me-  
liora.*

*Bonus etiam rurſus & ipſe, qui recte conſulenti pa-  
ruerit.*

*Qui verò neque ſibi ipſi ſapit, neque alium audiens  
Animo recondit: hic rurſus inutilis vir extat.*

*Verā tu noſtri memor ſemper precepti,  
Labora Persa, ex Dij proſapia ut te fames  
Odio habeat, amer vero te pulcbrè coronata Ceres  
Veneranda, viſtu verò tuum impleat borreum.*

*Fames etenim omnino ignauo comes viro.*

*Huic vero Dij ſuccenſent, & homines, qui cu nque  
oriosus*

*Viuit, fuciſ aculeo carentibus ſimiliſ ſtudio,  
Qui apum laborem abſumunt, oriosi*

35. Comedentes. cibi verò opera grata sunt mediocriae cōlere,

*Vi tibi tempestiuo victu impleantur horrea.*

*Ex laboribus verò viri pecorosiq; diuicesq;.*

*Et tu laborans multo charior immortalibus*

*Eris, atq; hominibus. valde enim odio habet ociosos.*

*Labor verò nullum dedecus, ocium verò dedecus.*

*Si verò laboraueris, mox te emulabitur & ociosus*

*Ditescensem. diuicias verò & virtus & gloria co-  
mitatur.*

*Deo similis eris (nam laborare melius)*

*Si ab alienis possessionibus stultum animum*

*Ad opus vertens curam habeas vitae, ut te iubeo.*

*Pudor verò non bonus indignum virum fert,*

*Pudor, qui viros valde ludit, atq; iuuat.*

*Pudor vtiq; ad pauperiem, animositas uero ad opes.*

*Opes verò non raptae, diuinitus datae multò sunt præ-  
stantiores.*

*Nam si quis & manibus per vim magnas diuicias  
attraxerit,*

*Aut hic lingua prædabitur (qualia multa*

*Contingunt, quando sanè lucrum menem decepterie*

*Hominum, pudorem verò impudentia profligari.)*

*Facile & ipsum disperdat Di, minuiturq; familie  
Viro huic, paucillum verò ad tempus diuise ad-  
sunt.*

*Æquide*

**E**quale verò peccatum qui & supplicem, et qui hospitem malo afficiat.

**Q**uiquam fratrib*s* sui cubilia ascenderit,  
Furi*u*i cubilis uxoris flagitiosa committens.  
Quiquam cuiusdam inep*ti*js laferit orphanos liberos.  
Quiquam parentem senem, misero in senect*ae* limine,

Contumelijs affecerit, molestis inuadens verbis. 365

Huic sanè Iupiter ipse irascitur, ad extremum verò  
Facinoribus pro iniquis duram imponet talionem.

Verùm tu ab his omnino coerce dementē animum.

Pro virili verò facito sacra immortalibus Diis

Mundè ac purè, splendida verò crura cremare.

Interdum sanè libationibus suffimentisque placato.

Quando vero cubitum ieris, & quum lux sacra venierit,

Ut tibi propitium cor & animum habeant,

Ut aliorum<sup>s</sup> acquiras sortem, non tuam aliis.

Amicū ad coniuiū vocato, inimicū verò omittis.

Huc vero maximè inuitato, qcunque ce prope habitat.

Si enim tibi & negotiū domesticū aliquod contingat,

Vicini discincti accedunt, cinguntur verò cognati.

Tancum est exitium malus vicinus, quācum bonus magna commoditas.

Affec*tu*us est honorē, qui natus est vicinū bonum.

Neque sanè bos periret, si non vicinus malus esset.

Recte quidem mensurā accipe à vicino, recte quam redde.

Eadem mensura, & uberiori si paces.

Vt sane indigens, & in posterum sarcis prompsum inuenias.

Ne malum lucrum sequere: mala lucra aequalia  
damnis.

Officium præstante officijs prosequere, & visencem  
te, vijē.

Et da qui dederit, & non da qui non dederit.

Datori quidē aliquis dat, non danti verò nemo dat.  
Datum bonum, raptus verò malum, mortis conciliatrix.

Qui quidem vir liberalis, et si multum dederit,

37. Gaudet re donata, & delectatur suo in animo.

Qui verò ipse acceperit, impudencia fretus,

Quantumvis pusillum sit, hoc, & molestat charum  
cot.

Nam et si paruum ad parium addideris,

Et frequenter hoc feceris, mox quidem magnum &  
hoc conspicietur.

Qui verò quod adeſt cōfert, hic evitabit nigrā famē,

Neque hoc in domo reconditum quod est, virum mo-  
leſtat.

Domi melius eſſe, nam nocium quod foris eſſe.

Iucundum quidem de re præsenti accipere, damnum  
verò animo

Judicare absenti. que te confyderare iubet.

Incipiente

Incipiente verò dolio & definente, saturari. s. iubeo,  
 In medio parcere. sera verò in fundo parsimonia.  
 Merces verò viro amico pacta sufficiens sit.  
 Et sanè fratri iocans testem adde.  
 Nam crudelitas simul, & diffidentia perdidérunt  
     viros.  
 Neq; mulier tuam meneam nates ornans decipiatur,  
 Suavia garriens tuum explorans rugurium.  
 Qui verò mulieri confidit, confidit idem furibus.  
 Unigenitus verò filius seruabit paternam domum  
 Pascendo, sic enim diuiciae augentur in aedibus.  
 Senex verò morieris, alium filium relinquens.  
 Facile sanè plaribus præbuerit Iupiter immensas  
     diuicias.  
 Maior quidem pluriū cura, maior verò prouentus.  
 Tibi verò si diuicias animus cupit in mercibus facie  
 Sic facito, opus super opus operare.

## LIBER II.

**D**ILEI ADIBVS ab Atlante genitū 38.  
 exorientibus,  
 Incipe messem, aracionem verò, occiden-  
     tibus.  
 Qua sanè noctesq; & dies quadraginta

Absconditæ sunt. rursus verò preterlabente anno,  
 Apparent, primum acuminato ferrum vel falcem.  
 Hæc sane aruorum est regula, quiq; mare  
 Propè habitant, quiq; valles declives  
 Mari procelloso procul pinguem terram  
 Incolunt. Nudus ferito, nudus vero arato,  
 Nudus quoque merito, si modo tempestua omnia vo-  
 lis.

Opera importare Cereris, ut tibi singula  
 Tempestua crescant. ne forte interim inops  
 Mendicando adeas alienas domos, & nibil offi-  
 cias.

Quemadmodū & nunc ad me venisti. ego vero tibi  
 non amplius dabo,  
 Neq; admetiar. labera stolidæ Persæ,  
 Opera quæ hominibus Dij ordinarunt,  
 Ne quando cum liberis uxoreq; animo mærens,  
 Queras viatum per vicinos, illi verò non curent.  
 Bis quidem & ter forsitan consequeris: si verò ampli-  
 us molestus fueris,

Rem quidem non facies. Tu verò inania multa pro-  
 caberis.

Inutilis verò erit verborum regula. Sed te iubeo

39. Considerare debitorum solutionem, famisq; fugam.  
 Domum quidem primum, uxoremq; bouemq; a-  
 ratorem,

Famulans

Famulam non nupcam, que & bunes sequatur.

Viensilia verò domi omnia apta disponit.

Ne tu poscas ab alio, ille verò neget, tu verò caeras,

Tempus verò prætereat, minuatur verò tibi opus.

Neq; reijce & in crastinum, & in perendinum.

Non enim inaniter laborans vir implet horreum,

Neq; dicator cura verò tibi opus promouet.

Semper enim dilator operis vir noxis luctatur.

Quando sanè cessat vis acuti Solis,

Ab æstu sudorifero, in autumno pluente

Ioue præpotente, commutatur verò mortale corpus

Multo agilius (nam cunc Sirius stella

Modicè supra caput fato obnoxiorum hominum

Oritur interdiu, maiori parte nocte fruietur).

Tunc incorruptissima est secta ferro

Materia, folia verò humili fundit, annoq; cessat.

Tunc sanè ligna secato, memor tempestui operis.

Mortarium quidem tripdale secato, pistillum tria cubitalem.

Axemque septempedalem, valde enim apta sic.

Si vero octopedalem & malleum inde secueris,

Trium palmorum curvaturam secato decem pal-

morum currui.

Multa præterea incurva ligna, ferro vero dentale

cum inueniris,

*In domum, per moneem querens, aut per terram  
Ilignum, hoc enim bobus ad arandum firmissimum  
est,*

*Quando sane Attice Cereris famulus in buri fi-  
gens*

*Clauis admouens adaptauerit stiue.*

*Bina verò disponito aratra fabricans domi,*

*Dentatum & compactum, nam mulco melius sic,*

*Si & alterum fregeris, alterum bobus iniicias.*

*Ex lauro verò vel ulmo, firmissima stiue.*

*E quercu, burim. ex ilice, dentale. boves duos no-  
uenes*

*Masculos comparato (horum enim robur non debi-  
to est)*

*Ætaq;is parilitatem habentes, bi duo ad laboran-  
dum optimi.*

*Non enim hi duo contendentes in sulco laborando,  
aratum*

*Frangent, opus verò imperfectum ibi reliquerint.*

*Hos verò simul quadragenarius iuuenis sequatur,*

*Panem cœnatus quadrifidum octo morsuum.*

*Qui operis curam babens, rectum sulcum ducat,*

*Nec amplius respiciens ad aquales, sed ad opus*

*Animum babens, hoc verò minimè iunior aliis  
melior,*

*Spargere semina, & iterasam sationem cuicare.*

*Iunior*

Iunior namque vir ad suos aquales stupet.

Consydera verò, quando sanè vocem gruis audi-  
cieris,

Alcè ex nubibus annua clangentis.

Quæ arationis signum adferit, & hyemis tempus

Ostendit pluuialis, cor verò rodit viribus carēcis.

Tunc sanè pascet oriles boues domi existentes.

Per facilè enim dictu est, par boum da & currum:

Facile verò abnuere, instat verò labor bobus.

Ait verò vir mentibus compos, fabricato currum,

Stulcus neque, hoc nouit, centum ligna currus.

Horum ante curam habeo, domestica disponico.

Quando sanè primū aratio mortalibus apparuerit,

Tunc sanè aggredere pariter & famuli, & ipse.

Siccam & humidam arans, arationis tempore.

Mane valde festinans, ut tibi impleantur arua.

Vere proscinde, estate verò proscissa non te falter.

Noualem verò ferito, adbuc suspensa terra.

Noualis expulerit execrationum, puerorum pla-  
catrix.

Supplica verò Ioui terrestri, Cererique castæ,

Prouentum ut onerent Cereris sacrum munus.

Cum incipis primum aracionem, cum summicatem  
stua

Mari capiens, stimulo boum ad ergum cum ve-  
neris,

Temonem trabentium loro. iuuenis verò à tergo  
 Famulus habens ligonem, laborem autibus ponat  
 Semina occultans, industria enim opeima  
 Mortalibus hominibus est, ignavia verò pessima.  
 Sic verò ybertate spicæ nutabunt ad terram,  
 Si finem ipse postea cœlestis bonum præbuerit.  
 Ex vasis expellas telas aranearum. & te spero  
 Gauisurum, victum adeptum domi existentem.  
 Latus autem peruenies ad album ver. neque ad ali-  
 lios

Respicies, cui verò alius vir indigus erit.

Si verò Solis versione araueris terram diuinam,  
 Sedens metes, parum manu comprebendens,  
 Obuerfim ligans, puluerulencus, non valde latus

42. Feres autem calatho, pauci verò te admirabun-  
 tur.

Interdum verò alia Iouis mens agida habentes,  
 Difficile verò hominibus mortalibus cognoscere.  
 Si verò serò araueris hoc sanè tibi remedium  
 sit

Quando cuculus cuculat quercus in folijs,  
 Primum, & delectat mortales super vniuersam  
 terram.

Tunc Iupiter pluit tertio die, neque desinit.

Neq; sanè excedens bouis vngulam, neq; deficiens.  
 Sic sanè serotina aratio priori aracioni aquiuat,

In

In animo verò tuo rectè omnia obserua, neque te lazeat,

Neq; ver exoriens canum, neq; tempestiuia pluuiia,  
Præteri aneam sedem, & tepidam confabulationem  
Tempore byemali, quando frigus viros vebemens  
Recinet, tunc sanè impiger vir magnam domum  
auget.

Nec te male byemis desperatio opprimat  
Cum pauperate, macra verò pinguis pedem manus  
premas.

Multa verò oiosus vir vanam ob spem expeditans,  
Indigens victus, malè volutat animo.

Spes verò non bona indignum virum fert,  
Sedentem in taberna, cui non victus sufficiens sit.

Offendo verò famulis, astare adhuc media existen-  
tia.

Non semper astas erit, parate nidos.

Mensem verò Ianuarium, malos dies, boues exce-  
tiantes omnes,

Hunc vitato, & glacies, qua super terram,  
Spirante Borea, valde molesta existunt.

Qui & per Thraciā equorū altricem, spaciose mari;  
Inspirans, concutit, remugit verò terra & sylua, 43.

Multas verò quercus alricomas, abietesq; crassas

Moneū in vallibus deicit, terra alma

Irruens, & omnis reboat tunc ingens sylua.

Fera verò horrēt, caudas verò sub pudenda ponēt,  
Quarum & vellere tergus densum est, sed tamen  
& hos

Frigidus existens perflat, hirsuto pectore quantum-  
uis existentes.

Quin etiam per pellem bouis penetrat, neq; ipsum fu-  
stinet,

Etiamq; per capram perflat villosam: greges oviūm  
minimè,

Eo quod annui villi eorum, non perflat,  
Vis venti Boreæ incuruum verò senem efficit.

Et per virginem tenero corpore non perflat,

Quæ intra domum, charam apud matrem permanet;

Nondum opera experta aurea veneris,

Beneq; loca tenerum corpus, & pingui oleo

Vincta, noctu cubat intra domum,

Tempore hyemali. quando ex ossibus polypus suum pe-  
dem arrodit,

In frigida domo, & in domicilijs molestis.

Non enim ei sol ostendit pabulum ut inuadat,

Sed super nigrorum hominum populumq; urbemq;

Voluitur, tardius verò vniuersis Græcis lucet,

Et tunc sanè cornigeræ & non cornutæ syluicubæ,

Lugubriter dentibus stridentes per querulum val-  
losum

Fugiunt & omnibus in animo hoc cura est.

Sibi

Sibi tegmina inquirentes, densa lacibula incolunt,  
Et speluncam jaxosam, tunc sanè tripedi homini si- 44  
miles,

Cuius dorsum fractum est, caput vero ad pavimen-  
tum spectat.

Huic similes, discurrent evitantes niuem albam.  
Et tunc induit munimentum corporis, ut cibi preci-  
pio,

Chlamamq; mollem, et calarem tunicam.

Stamine vero raro multam tramam inceps.

Hanc induit ut tibi capilli non tremanit,

Neque erecti horreant leuati per corpus.

Circum vero pedibus perones bouis forciter mactari

Apos ligaco, villis inuis obstruens.

Primogenitorum vero hædoram, quando frigas tem-  
pestinum venerit,

Pelles consueto neruo bouis. ut super humerum,

Pluiae arcea tempore, caput vero super

Pileam babero elaboratum, ut aures non madefaciat.

Frigida enim aurora est Borea incidente.

Matutinus vero, super terram a caelo stelligero,

Aer frugifer, exiensus est beatorum super opera.

Qui haustus fluminibus a perennibus

Alio super terram leuatus vinci turbine.

In eadem quidem pluit ad vesperam, in eadem flas-

Densas Thracio Borea nubes agitant.

Hunc praeueniens, operibus perfectis, domum redi-  
to.

Ne quando te è caelo accanubes circumtegar,  
Corpusq; madidum faciat, vestesq; humedet.

Sed fugito. mensis enim saeuissimus iste

Hybernum, difficilis ouibus, molestus verò homini-  
bus.

Tunc dimidium bobus, viro verò plus adfis

45. Cibi longæ enim valida noctes sunt,

Hac custodiens perfectum in annum,

Aequato noctesq; & dies. donec rursus

Terra omnium macer fructum omnigenum produ-  
cat.

Quando verò sexaginta, post versiones Solis,

Hybernum perfecerit Iupiter dies. tunc sanè stella  
Arcturus, relinquens sacrum fluxum Oceani

Primum rosus luens, exoritur vespertinus.

Post hunc mane lugens Pandionis prorumpit bi-  
rundo

Ad lucem hominibus, vere recens incunet.

Hanc praeueniens, vices incidit. sic enim melius.

Sed quando domiporta à terra arbores conscende-  
rit

Pleiades fugiens, tunc sanè fossio non amplius vi-  
gium,

Sed & falso: scuto, & famulos excitato.

Fuge

Fuge verò umbrosas tabernas, & ad aurorā lectū,  
 Tempore messis, quando & Sol corpus exiccat.  
 Tunc festina, & domum fructum congrega,  
 Mane surgens, ut ibi victus sufficiens sic  
 Nam aurora operis cerciam soricitur parem.  
 Aurora tibi promouet quidem icter, promouet verò  
 & opus.

Aurora, que cum apparuerit muleos ingredi fecit  
 viam

Homines, multis verò iuga bobus iniicit.

Quando verò & carduus floret, & canora cicada  
 Arbori insidens stridulum effundit canum  
 Crebro sub alis æstatis laboriose tempore,  
 Tunc pinguissima & capra, & vinum optimum 46,  
 Lasciuissima verò mulieres, debilissimi verò viri  
 Sunt, nam caput & genua Sirius exiccat,  
 Siccum verò corpus ab æstu. verum tunc iam  
 Sit petricosa & umbra, & Biblinum vinum,  
 Mazaq, lactaria siue colostrum, lacq, caprarum non  
 amplius lactantium.

Et bouis arboriuora caro, nondum enixa,  
 Primogenitorum & hædorum. præterea verò nigrū  
 bibito vinum,

In umbra sedens, saturatum cor edulio,  
 Contra leniter spirantem ventum vorcens fac-  
 em;

Foncemq; semper fluentem & deorsum fluensem,  
qui illinis sit,

Tertiam partem aqua infundito, quarum verò  
immixtio vini.

Famulis verò impera, Cereris sacrum munus  
Vertere, quando sanè primum apparuerit robur O-  
rionis,

Loco in ventoso, & bene planata in area.

Mensura verò diligenter recondito in vasis. Case-  
rum postquam sanè

Omnem victum deposueris aptum intra domum,  
Seruum domo carentem conducere, & sine liberis  
ancillam

Inquirere iubeo. difficilos liberos habens ministra.

Et canem dentibus asperam nutrico ( ne parcas ci-  
bo )

Ne forte tibi interdiu dormiens vir opes auferat.

Fænum verò imporeato & paleas, ut tibi sit

Bobus & mulis annuum pabulum. Ceterum deinde

Famulos refocilla charagenua, et binos boues solue.

Quando sanè Orion & Sirius in medium venerit  
Cælum, Arcturum verò insperierit roscis digitis  
prædicta Aurora,

O Persa tunc omnes decerpe domum tuas,

Exponito verò Soli decem dies & decem noctes,

Quinque verò adumbratio, sexto verò in aasa haurito,

Dona

Dona Bacchilætia datoris. Cœterū postquam sanè  
 Pleiadesq; Hyadesq; & robur Orionis  
 Occiderint, tunc deinde arationis memor sis  
 Tempestiuæ: Annus vero per terram aptus sit.

Si vero te nauigationis periculosa desiderium  
 cœperit,

Quando sanè Pleiades vim validam Orionis  
 Fugientes occidunt in ceruleum ponsum,  
 Tunc sanè variorum ventorum strident flabra,  
 Et tunc nō amplius naues contineto in nigro ponso,  
 Terram vero laborare memor, ut te iubeo.  
 Nauem vero ad continentem subducito, manicoq;  
 lapidibus

Vndiq; ut prohibeāt uentorum uim humidè flanciū,  
 Sencinam exbauriens, ut non putrefaciat Iouis im-  
 ber.

Instrumenta vero apta omnia tua repone in domo,  
 Concinne aptans nauis alas marinagæ  
 Clavum vero bene fabricatū super fumum suspende,  
 Ipse vero tempestiuam expecta nauigationem donec  
 venerit,

Et tunc nauem velocem in mare trahito. in vero &  
 onus

Amplum reponito, ut domum lucrum reportes.  
 Quomadmodum meusq; pater, & ium, valde stolido  
 Persa,

Nauigabat nauibus, vietus indigus boni.

Qui olim & hoc venit, magnum mare emensus,  
Cuma Æolide relata, in nauis nigra.

48. Non reditus fugiens, neq; diuitias & facultates,  
Sed malam paupertatem quam Iupiter hominibus  
tribuit.

Habitauit verò propè Heliconem, misero in vico  
Asca hyeme mala, aestate molesta, nunquam bona.  
Tu verò ô Persa operum memor esto  
Tempestiuorum omnium, de nauigatione verò ma-  
xime.

Nauem paruam laudato, magne verò onera im-  
ponito.

Maius quidem onus, maius verò ad lucrum lucrum  
Eric, si modo venci malos arceant flatus.

Quando ad mercaturam uerteris stultum animum,  
Velis verò & debita effugere, & famem iniucun-  
dam,

Ostendam verò tibi modum multisoni maris,  
Et si nunquam nauigationis peritus, neq; vacuum,  
(Nunquam enim navi proiectus sum per spaciosum  
mare,

Nisi in Eubœam ex Aulide ubi olim Græci  
Expectantes tempestatem, copiosum congregarunt  
exercitum

Gracia è sacra ad Troiā pulcras mulieres haben-  
tem, Vbi

Vbi ergo ad certamina prudentis Amphidamancis  
Chalcidemq; craeci, promulgata verò multa  
Præmia proposuerunt filij magnanimi, ibi me asse-  
10 ro

Carmine victorem, deportasse tripodem aurum,  
Quem ego Musis Heliconiadibus suspēdi, dedicaui.  
Ibi me primum argutum aggredi fecerunt cantum  
Tantum sane nauium expereus sum multos clausos  
habentium)

Sed & sic dico Iouis mentem à capra nutriti,  
Musæ enim me docuerunt diuinum carmen canere.

49.

Dies quinquaginta post versiones Solis,  
Ad finem venientem æstatis laborioso tempore  
Tempestiuæ est mortalibus nauigatio, neq; nauem  
Fregeris, neq; homines perdiderit mare,  
Si non prouidus Neptunus terræ motor,

Aue Iupiter immortalium rex velit perdere.  
In his enim finis est pariter bonorumq; malorumq;.  
Tunc verò faciles auræ, & mare innocuum,

Tranquillum. tunc nauem velocem, ventis fretus,

Trabito in mare, onus verò benè omne ponito.

Festina verò quam celerrime iterum domū redire.  
Neque verò expectato vinum q; nouum, & autu-  
nalem imbre,

Erebyem accendentem, Notiq; molestos flatus,  
Quæ concitas mare, secutus celestem imbre

Multum autumnalem, difficileq; mare reddit.  
Alia verò verna est nauigatio hominibus.

Quando sanè primùm, quancum ingressa cornix  
Vestigium fecie, tamen folia homini appareant  
In fico summa, cum peruum est mare.

Vernalis verò hæc est nauigatio. nō ipsam ego sanè  
Commando, non enim meo animo grata est,  
Rapax, difficilcer effugies malum. attamen & ea  
Homines faciunt, stultitia mentis,  
Pecunie enim anima est misericordiis mortalibus.

Miserum verò est mori in fluctibus. sed te iubeo  
Considerare hæc omnia in animo, ut te doceo.

50. Neq; intra naues omnem substantiā causas impone.  
Sed plura relinque, pauciora verò imponito,  
Miserum enim maris in fluctibus periculum subire,  
Miserum etiam, si super currum prægrande onus  
imponens

Axem fregeris, onera verò intereant.

Modum seruato, opportunitas verò in omnibus optima.

Tempestiue verò uxorem tuam ad domum ducito,  
Neq; triginta annis valde mulcum deficiens,  
Neq; adiiciens valde mulcum. nupiæ enim tempe-  
stiue hæc.

Mulier verò quarto supra decimum pubescat, quin-  
to verò nubat.

Virginem

Virginem verò ducito, ut mores honestos doceas.

Hanc potissimum ducito, quæ se propè habitat.

Omnia valde circumspiciens, ne vicinis ludibria du-  
cas.

Neq; enim muliere vir possidet melius  
Bona rursus verò mala, non durius quicquam,  
Comestatrice. quæ virum etiam fortem existentem;  
Vrit absq; face, & crudæ senectæ tradit.

Bene verò aspectum immortalium Deorum obser-  
uato.

Neq; fratri aqualem facio amicum.

Quod si feceris, ne ipsum prior malo afficias;

Neq; mentiaris linguae gratiam. quod si incœperis,  
Aut verbum locutus iniucundum, aut faciens,  
Bis tamen puniri memineris. Quod si rursus  
Redeat ad amicitiam, pænam verò velit præbere,  
Suscipio. (Miser enim vir, amicum alias alium  
Facit) te verò ne quid animo redarguat vulcus.

Ne verò multorum hospes, né us nullius hospes yo- 510  
ceris.

Neq; malorum socius, neq; bonorum convivator.

Nunquam perniciosa paupertatem animum cor-  
rumpentem homini

Sustineas exprobrare, beatorum donum semper exi-  
stentium.

Lingue certè i besaurus inter homines optimus;

102 HESIODI ASCRAE  
Parce plurima verò gratia secundū modum euncis.  
Si verò malum dixeris, forsan & ipse maius audies.

Neq; publici conuiuij grauis accessor esto.

Ex publico maxima gratia, sumptusq; minimus.

Nunquam ab aurora Ioui libato nigrum vinum

Manibus illoris, neq; alijs Dijs.

Neq; enim illi exaudiunt, respuunt verò preces,

Neq; contra Solem versus erectus meijo.

Ceterum postquā occiderit memor usq; ad Orientē.

Neq; in via, neq; extra viam eundo mingas,

Neq; denudatus (beatorum sanè noctes sunt)

Sedens verò diuinus vir prudentia doctus,

Aut hic ad murum accedens bene sepiæ caulae.

Neq; verò pudenda semine inquinatus intra domū,

Focūm iuxta reuelato, sed cuitato.

Neq; ab informi sepulchro regressus,

Seminato progeniem, sed immortalium conuiuio.

Nunquam perennium fluiorum pulchre fluentem

aquam

Pèdibus transito, priusquā oraueris incuim in pulchra fluente,

Manibus lotus amena aqua lymida.

Qui fluuiū transferit, prauitate verò manus illorus,

Hic dij succensent, & dolores dant in posterum.

52. Ne vero à quintuplici ramo Dcorum in conuiuio celebri,

Siccum

Siccum à viridi secato candenti ferro.

Nunquā patinam libatoriam pone cramerem super Bibencium, perniciosum enim in eo fatum sicum est.

Neq; domum faciens, impolitam relinquis,

Ne fortè insidens crocitet garrula cornix.

Neq; à pedatis ollis nondum iniciatis rapiens

Edito, neq; lauato. nam & in his ineft pæna.

Nec super immobilia sedere facio (non enim bonum es)

Puerum duodecim annorum, quoniam virum imbellem reddit.

Neq; duodecim mensium, æquale & hoc existit.

Neque muliebri balneo corpus abluto

Vir, grauis enim ad tempus es & in hoc

Pæna. neq; ad sacrificia intensa incidens,

Reprehende arcana. Deus nam & bac indignè fert.

Nunquam in ostijs fluiorum in mare fluentium,

Neq; in fontium meito, valde enim euitato.

Neq; cacato, hoc enim nequaquam melius es.

Sic facio. grauem verò mortalium euitato famam.

Fama enim mala es, leuis quidem leuatu

Facilis valde, difficilis verò portatu, molesta verò depositu.

Fama verò nulla omnino perit, quam quidem multis

Populi diuulgant, Dea enim es & ipsa.

53. **D**I E S verò è Ioue custodiens bene secundum sortem  
Pracipe famulis, et decimam mensis optimam  
Et opera inspicienda, atq; dimensum diuidendum,  
Quando viique veritatem populi iudicantes administrant.

Hac enim dies sunt Ioue à prudence.

Primum nouilunium, quartaq; & septima dies sacra.

Hac enim Apollinem aureum ensem gestantem genuit Latona.

Ottavaq; nonaq; ambae quidem dies mensis  
Excellenter crescentis, mortalia opera ad curandum.

Vndecima verò duodecimaq; ambae quidem bona:  
Hac quidem, ouibus condendis, illa verò latris frugibus metendis.

Duodecima verò vndecima valde melior.

Hac enim net fila in aere pendens aranea  
Die expleta, quando & formica prudens cumulum colligit.

Hac verò telam statuat mulier, proponatq; opus.

Mensis verò incuntis et decimam euitato,  
Sementē incipere, planis uero inferendis optima est.

Sexta

*Sexta verò media valde incommoda est planctis.*

*Viriparaq; bona, puella verò non virilis est,*

*Neq; gignendae primum, neq; nuptijs eradende.*

*Nec prima quidem sexta puella gignenda*

*Apea, sed hædis castrandis, & gregibus ouium,*

*Stabuloq; circumsepiendo ouili mansueta dies.*

*Bona verò viripara, amat verò conuicia loqui,*

*Mendaciaq;, blandosq; sermones, & occultacolloquia.*

*Mensis verò octana caprum, & bouem mugientem*

*Castraco, mulos verò duodecima patientes laboris.*

*Vicefima verò in magna plena die prudentē virum*

*Generato: valde enim animo prudens est.*

*Bona verò viripara decima, puella verò & quarta*

*Media. bac verò & oves, & curuantes pedes torci-  
les bones.*

*Ei canem asperis dentibus, & mulos laboriosos*

*Cicurato sub manum ponens, cautus esto uerò animo*

*Quarcam ut cuius desinentisq; & inchoantis,*

*Doloribus animum excruciare, valde enim perfecta  
dies.*

*In quarta verò mensis ducito ad domum uxorem,*

*Observans auguria, qua ad rem hanc optima sunt.*

*Quincas uerò cuiusato, nam et difficiles & durae sunt.*

*In quinta enim aiunt furias circumire (periuris.*

*Periurium vlciscentes, quod consentio peperit malū*

54

Media verò septima Cereris sacrum munus,  
 Valde bene inspiciens bene aquata in area  
 Ventilato. & lignicida secato cubicularia ligna,  
 Naualiaq; ligna multa, quæ & apta nauibus sunt.

Quarta verò incipito naues compingere exiles  
 Nona autem media pomeridiana melior dies.

Prima verò nona omnino innoxia hominibus,

55. Bona quidem est, & ad plantandū & ad gignendū  
 Viroq; & mulieri, & nunquam valde mala dies.  
 Pauci verò rursus sciunt certiā nonā mensis optimā,  
 Et aperire dolium, & sub iugum collum ponere  
 Bobus & mulis & equis velocibus.

Nauem multa cranstra babentem velocē in nigrum  
 mare

Trabito. pauci verò & vera sciant. est)

Quarta verò aperi dolium (præ omnibus sacra dies  
 Media. pauci verò rursus post vigesimam mensis  
 optimam

Aurora existent, Pomeridiana verò est deterior.

Hæ quidē dies sunt terrestribus magna cōmoditas,

Aliæ verò ancipites, sine forte, nibil conferentes.

Alius verò aliam laudat, pauci verò sciunt.

Interdum nouerca est dies, interdum mater.

Harum beatusq; & felix, qui ista omnia

Sciens, laborat inculpabilis immortalibus,

Auguria obseruans, & transgressiones civitatis.

167

# IN HESIODI OPERA ET DIES E- NARRATIONES PHILIP- PI MBLANCTHONIS.

 **G**ONTINE T inuocationem, que cum 23.  
laude louis coniuncta est. Precatur e-  
nim Musas ut Iouem celebrent, ne sta-  
sim in inicio parum religiosè Iouem compellare vi-  
derecur. Postea, tanquam placatum iam laudibus  
Musarum & ipsum inuocat, precaturque, ut respi-  
ciat res humanas, & der mentem meliorem fragri.  
Et familiare est poesis inuocationi Encomiū adij-  
cere, quemadmodum Verg.

Tuque adeo quem mox quem sit habitura Deitū.  
Musa à Graco verbo Μεδοας dicta sunt, quod  
propriè inquirere est, dicitur. Deinde per prosopo-  
piam Deam quandam significas.

Ter] nota est adverbiorum de loce.

Aīa] expletiva est.

Tυρείσσοι] Id est celebrantes, est actiue signifi-  
cationis, quanquam aliqui neutraliter exponat, que  
estis celebres, aut inclytae. Graci vero actiue expo-  
nunt. Vicitur Hesiodus & alibi in Theogonia, &  
Homer in Hymnis.

Oris ὁ γέρεοι.] Repetitio est, constans distributione rhetorica. Enumerat enim pias quasdā sententias de Deo, quae praeceperunt quād natura insitae sunt sanis hominibus, tamen poeta retinuerunt honestos veterū sermones, quos dubio procul, à filijs Noe & alijs patribus acceperunt, licet religionem & mores non item seruauerint. Et constat Hesiodum ex maximiſsimis fuisse, quo tempore nondum à Philosophis haec Patrum sententiae fuerant depravatae. Iam quid de Deo poruit sanctius dici, quād quod hoc loco dictum est ab Hesiodo? etiam si vim religionis non nouerat. Sic enim & nos in Cancico: Deposuit potentes de sede, & exalcauit humilos. Et Aesopus, cū regarecur quid ageret Deus. Sublimes, inquit, doctri-  
da, & humiles elevat. Acq, hoc Deo proprium est, neq, enim potest pati superbos φαυτάς εόδου & omnia prohibidine agere.

Ἐκπτι] adverbium ab ἔκπτω volens.

Φατός καὶ ρύπτος.] differunt perinde ut Lacinis loquor & dico. Est enim φατός de quo magna fama est.

Pæ est scandendū pro pēta. Nā breuis absorbet longam. Sic dixit Virgilius alucaria pro alucaria.

Αείγηλον] vocat qui dignus est amulatione & imitatione.

Κόρφει] Elegans metaphorā est in hoc verbo,  
quod

quod ξηραίνει, id est, desiccatur significat, ἐκ κάρφου, hecum, a refactum, ἐκ fissum lignū, enim span. Hac voce poeta subitam ruinam elata mentis indicat.

Ζεὺς ὁ φίλος μέτης κλύδι.] Αποστοφὴ est ad Iōnē, qua precatur, ut se iuuet in Persē docendo. Sunt enim duas precatio[n]es in hoc exordio, quarum prior ad Musas, posterior ad Iouem instituta est.

Θύμισες.] præcep[er]a sunt de moribus.

Ἐγὼ δὲ καὶ Πέρση.] Propositio est. Ego Persa consulam optima. Iam τὸν potentialis particula ad μυθιστήματα referenda est, quasi dicat. Tum νε[re] radix ero fratri meo, ubi tu leges gubernaueris Iap[ani]a, et adfueris mibi præscribenti præcepta de moribus.

Ἐπίτυμος.] pro ἐπίτυμα posuit, certa significat enim ἐπίτυμον certum quiddam, inde ἐπίτυμολογία, qua docet quidque uis vox certò significet.

Οὐκ ἀρά μένον ἔλευ.] Narratio. Orditur à generali sententia ad specialem per distributionem, et commemorat duplēm efforacionem rei familiaris augenda, alterā honestam, cùm labore, industria et diligentia rem facimus; alteram turpem, cùm per iniuriam et scelus cumulancur opes. Et quia in omnioratione ex aliqua occasione, ex facto aliquo, narrationes trahuntur, Hesiode etiam occasionem prebuere fratribus iniuria, Itaq[ue] à lictibus orditur. Sed

*ut gratiorem faciat orationem, non dicit simpliciter  
alios per iniuriam ac lices querere pecuniā, alios in-  
dustria ac labore, sed nomen licet transtulit etiā per  
metabolam ad honestam artem, & duplēm con-  
tencionem esse dicit, alteram vituperandā, alteram  
dignā laude, ubi aliquis cōtendat cū alijs industria.*

*Hec Paronomasia multo venustiore orationem  
facit. Sæpe enim ad vicinas virtutes nomina vītorū  
transferimus, aut ē contra, ut cū pro fōrdido fruga-  
lēm dicimus, pro prodigo liberalēm, &c. Submoneat  
autē hoc poeta nos in omni genore laboris, non tancū  
aliorum exemplis accendi, sed etiam iuuari: Ideoq;  
hanc concessionem cantopere probat. Quia si solus a-  
liquid agas, erit infelix labor, frequēcia autē iuuat.  
Sicut si quis solus pingat, nunquam efficere tancum  
poterit, quancum officeret, si aliorum exemplis adiu-  
uaretur. Inde nata sunt ista, *Vnus vir nullus vir.*  
Et illud apud Homerum Iliad. x.*

*Συύτε δ' ὑπὸ μηδέως, οὐτε*

*Et Cicero scribit discendo ouȝ̄t̄mōv vel primas par-  
tes tenere, hoc est, habere aliquem qui cum conferas  
de quibus rebus velis, & versari in quadam frequen-  
tia discencium, ubi à multis de varijs rebus admone-  
xi possis. Sicut Ouidius ait de Ponto:*

*Scilicet ingenij aliqua est concordia iunctio,*

*Es formae studij fudera quisq; sui.*

*Vig*

*Viq; meis numeris tua dat facundia nerois,  
Sic redit à nobis in tua verba nitor.*

*Οὐτὶς τλεύγε φιλέι βερτὸς.] Sencit faro quodam concitari homines ad hoc genus contentionum. Nemo enim est qui amat iniusticiam: licet & ratio reclameat, tamen sequimur. Viderunt nimis prudenter uiri quid esset in natura hominis. Quare et Phaez rocte indicauit, cum ait, rationem aurigam esse, e- quos esse affectus qui & currum & aurigam rapiunt.*

*Νῦξ ἐρεβερνή.] Per noctem incomprehensibilem quandam ascensionem rerum intelligit.*

*Απάλαμυον.] intertem significat, quasi dicas fine 24.  
manu, aut qui manus nullo operi admouet. παλάμη  
enim manum & opus ipsum apud Graecos significat.*

*Ω Πέρον σό δὲ ταῦτα τιῷ.] Subiecit exhortationem. Ergo tu amplectere contentionem honestatem, non illam turpem. Est verò magna simplicitas, magna suauitas huius loci, & sic finis est honestæ cō-  
tentionis, nunc turpem describit. Et quia malum con-  
tentionis: genus est, & turpe alteri inuidere, omnibus  
modis fugiendum esse moneret, addita abhortatione, ne  
in mentem quidē veniat fratri velle in foro rixari,  
& malis artibus dicescere. Ratio est quod infeliciter  
versatur circa cōtentiones forenses, cui singulis com-  
poribus sui pronensis non adfuerint, nam hoc εἴρη-  
ται significat.*

Tū nekopetosáμδυΘ. veínea.) Concessio Ironica est. Quando dicitus es & abundas iam re familiari, nec animus à malo renocari potest, age per me licet litiges quām diu voleas. Et quanquam inclīus es litigare quām rapere, tamen tecum licigare nō posceris, cū de meo nibil amplius rapere possis, & res iam sic transalta.

Aīr' cū ΔίΘ. εἰσ' αἴεισαι.) Ita enim scripserunt sapientes viri, esse animis nostris innatam rationem aequi & boni.

Δωρεφάγευς.) Doniuoros, elegans epitheton est. Vocat autem reges prefectos singularum urbis, quemadmodum & Homerus. Quod autem munera facile quicun expugnent, etiam Ouidius sensisse rideatur, dum ait:

Munera erede mihi placans hominesq; Deosq;  
Placatur donis Iuppiter ipse datis.

Νήπιοι ςδ' εἰσαν δσφ πλέον ἡμου παντὸς.) Epiphonema est superioris sententia. Nam cum reprehendisset frater enarratim & rapacitatem, adiicit exclamationem, O stultos mortales, qui nosciunt facilius esse modicas facultates iure partas habere, quām magnas opes scelere & iniurijs quaeficas. Et generaliter mediocritatem nobis commendauit hoc Epiphonemate. Solet autem Hesiodus apologetis, enigmatis, allegorijs, & huiusmodi alijs figuris præ reliquis

quis poesis libenter uti, quia figuratè dicta acrius  
ferunt aures atq; animum. Ideo & hic figuratè me-  
diocritatem laudat, cum ait: *Dimidiū plus esse so-*  
*to, sum nibil aliud, auro bore Platone in Gorgia, & in*  
*lib. de Repub. dicere velit, quam mediocritatem con-*  
*seruandam esse. Ut si quis dicat: Satius esse dimidio*  
*cibi uti, quam immodico cibo onerare stomachū. Sic*  
*satis est dimidium facultatum habere, quam in-*  
*gentes opes, quae sine periculo retineri nō possunt. Sic*  
*in moribus satius est esse cunctantiorē & timido-*  
*rem, quam esse supra modum audacem. Ad hunc mo-*  
*dum de mediocritate præcipit & Horatius,*

*Est modus in rebus sunt certi deniq; fines,*

*Quos ultra citraq; nequic consistere rectum.*

Sic Hesiodus hoc loco totum vocat id quod est super  
vacaneum & superfluum, dimidiū vocat mediocri-  
tatem. Et banc quidem sententiam confirmat etiam  
sequens versus qui planè œconomicus est. Monet e-  
nam modicis facultatibus scienter & cū ratione qua-  
dam viendum esse. Ita futurum esse, ut in angustare  
familiari commodius viuas, quam alij in magnis o-  
pibus, quorum pleriq; sunt obserati, aut sordidi, deni-  
que qui suis fortunis ipsi minime omnium fruuntur.  
Itaq; & Vergilius ait:

— *Laudato ingentia rura,*  
*Exiguum coliso.* —

*Ez de quodam censu sene, qui tamon diligenter colebat suum hortulum, ait: Regum aquabat opes animis. Sed hoc Hesiodi praeceptum latè patet, Parvas & humiles res præstare magnis. Sic præstat uita trā quilla priuatorum regum vitæ, sicut ille dicit:*

*Gaudentem paruisqu, fodalibus, & lare certo.  
Sæpe contemptæ res plus utilitatis adferunt, quam ea que plurimi fiunt, ut Grammatica.*

*Εν μαλάχη.] Numerant Maluam inter salua berrimas herbas, & inter eas quæ principatū in medicina veteri habuerūt: facit enim aluum bonam, & utiliter humectat. Plin. ait, aduersus omnes morbos præsidium esse, si quis quotidie dimidium Cyathum ex ea sorbeat. A molliendo nomen babet, pappel. Asphodelo in cibis usi sunt et ueteres cū ficiis, sed nūc sanguum eius in medicina usus est, ad scabiem cū primis utilis. Latini albucū & bastulam vocat, gold wurtzel. Gellius sese hic præter rem torqueat.*

*Κρύπτατες γέ εχεσθε θεοὶ βίον αὐθεόποιοι.] Pris usquam tradat præcepta, longam narrationem hic inseruit, in qua causam exponit, cur difficultius sit vi Eū parare hoc tempore quam antea. Et longā quantum fabulā fingit, louem iratū misisse in terras Pandoram, quæ tum id mali, tum omnes alias àrumnas secum acculerit. Est autem Pandora voluptas. Luxuria enim multis reb. opus habet, augerique quotidie sumptus.*

fampeus. Neq; id modò adfert incōmodi, sed etiam  
omnis generis morbos gignit. Sicut Horacius ait:

—Vides ut pallidus omnis

Cœna defurgat dubia cum corpus onussum, &c.

M. Cicero in 5.lib. Tuscul.questio.docet, Promethea magnum quendam virū fuisse, in sapientia stu-  
dio versatū, item abditas & arcanas res in natura  
bominibus ostendisse. Hinc intelligi fabula pacet, lo-  
uem iratum ignem abdidisse. Veritas enim latet, seu  
ut scribit Cic. Democritum dixisse, penitus abstrusa  
est in natura. Sed cū ostendisset Prometheus homini-  
bus recta & honesta, tamen misit Iuppiter Pandorā,  
hoc est, voluptatem, qua non sinit nos recta, etiā qua  
iam cognovimus, sequi. Ut apud Ouid.in Medea:

—Video meliora probo,

Deteriora sequor.—

Nomen Prometheus significat deliberantē ante fa-  
ctum. Epimetheus deliberantem post factum. Itaq;  
Prometheus vetat recipere voluptatē, hoc est, vel sa-  
piens aliquis monitor, vel ipsa ratio. Epimetheus ve-  
to, hoc est, stuleus, seu sensus non auscultans rationi,  
non obtemperat monitis, itaq;, noxiā voluptatē in-  
caucus recipit, sed serò recepisse pænitit. Est enim e-  
uentus stultorum magister. Et quemadmodū istus  
piscator sapit, sic nos serò videmus, quantū malo-  
bis aculerintur voluptates. Sicut et Horacius monet.

*Sperne volupcates, nocet empa dolore volupcas.  
Est autem et forma narrationis obseruanda, que quidem est fusior est, et valde molles versiculos habet, ordine exponens, primum, Promethea ignem furatum esse. Deinde Pandoram factam, et in eo opificio longius commoratur. Tertio missam esse Pandoram in has sedes. Quartio receptionam ab Epimetheo. Quinto numerat mala qua secum attulit. Porro, ut hoc quoque obiter admoneam, non est semper in fabulis ratio querenda, sed facit sit aliquousque deprehendisse quid significare Poeta voluerit. Nam sicut in pictura rationes non semper sunt querenda cur artem sic pinxerit, cum aliquis montem pingere posuerit. Ita nec in expositionibus fabularum ad amissim omnia sunt rimanda. Quod autem spes remansit in pixide significat neminem tam desperatis rebus esse, quin aliquando speret. Vnde etiam proverbiu[m], Aegroto dum viuis spes est. Nam quantumuis sint duræ res, tamen spe leuatur animus. Vnde homines natidurum genus. Nam nulla est bestia que tantum perpetiatur quamcum homo. Euripides venustissime dixit, οἰστον καὶ ἀπιστον, id est, ferendum et sperandum.*

*Pnid'ως γαρ ιεν.] Ad mores communes pertinet hoc, et respicit illuc quod vulgo dici solet. Quoniam facile vicius parabatur, olim erant modesti.*

*Nam*

**N**am credo poetam voluisse significare cupiditatib.  
et vicijs difficultiorem viuendi rationem factam esse.

Αγκυλομήτης.] qui vafer et astutus est, quod 25.  
astuti obliqua consilia inueniant, et non meditentur  
vulgari ratione. αγκυλος enim quod curuum et  
obliquum est significat.

Εδη κακὸν ἀμφαγαπῶτης.] Ita ferè nobiscum  
agit, atque ea est condicio rerum humanarum. O-  
mnes errore tenemur atq; illo delectamur. Ita sumus  
stulti, ut illæ ipsæ cupiditates quo omnis generis ma-  
la secum trahunt, nos delectent.

Ηφαγον δ' εὐέλδυσ. ] Distributio est, ut oratio  
fiat copiosior, enumerat enim quomodo Pandora sit  
condita, et quomodo singuli Di in hanc mulierem  
aliquid conculerint. Et significat poetæ non unū esse  
genus voluptatis, quemadmodum ille ait: Nemo  
repente fuit turpisimus, Accipient te paulatim.

Πόθος. ] desiderium vehemens, id est, ut ametur  
vehementer.

Γυρούσσεις. ] Ad satietatem usq; arridentes mem-  
bra, deducunt αγον et κόρο. Poteris autem bic  
locus copia exemplo esse cum sit simplex quadam  
verbis in hoc carmine, et oratio per gradus quosdam  
ascendat.

Ερμέιντεωγα. ] Mercurium fixerunt num-  
ciam Deorum, quædeinceps sic maximè admira-

Et d'è Σέρφη κακόν τε νόον. ] Impudenciam intelligit. Sic enim videtur in hominibus cooperitis & obruris voluptatib. quos nihil pudet. Nulla sunt flagitia tanca quae non impunè ipsis licere arbitrancur. Neminem metuunt, neq; Deos neq; homines, non fas non pietatem ullam curant. Leges verò, ad quas omnes ex a quo vivere par est, nō pluris faciunt quam muscam elephantus Indicus. In summa, canimā impudentiam retinent, nec ullam honestatem spectant. Hanc impudentiā apud Homer. in primo Iliad. exprobrat Agamemnoni Achilles dum ait:

Οινοβαρὲς, κυνὸς ὄμματ' ἔχων, κραδίην δ' ἵλαφοι

26. Kai πότνια πείσω.] Eloquentiae Dea est, quam Graci peculiari templo & ceremonijs colebant. Hora.

Et bene nummatum decorat Suadela Venusque.

Δῶρον ἐδώρεισαν πημ' αὐδράσιν ἀλφῖς ησιν. ] Alphīsas, indagatores exponūt, sed id accipiendum est in malam partem pro curiosis, quia sic sunt hominum ingenia, ut præsenzia fastidiant, cupiant & affectent alia. Sicut & pisces alphīsas vocant, quia statim ad natare solent, si quid abieceris in piscinam. Porro grauiissime ista curiositas reprobatur apud Horarium Epist. lib. i.

Optat ephippia bos piger, optat arare caballus.  
Et apud Martialem:

Quod

*Quod sis esse velis nihilq; malis.*

Aὐταρ̄ ἐπεὶ δόκιμον ἀμύχανον. Mitetur iam Pandora ad Epimetheum & recipitur. Sunt enim affectus nostri inexpugnabiles, ita ut iure illum possis fortem virum vocare, qui voluptate supereret. An non videmus maxima bella propter priuatos affectus nasci? Ut de tot morborum generib. interim fileam, quos latenter interdiu & noctu sua sponte dicit irrepere. Est autem elegans prosopopoeia, qua fingit morbos obambulare tanquam animācia.

Oὐτως δὲ πτυχ. ) Epiphonemate claudit sententiā. 27.

Eἰδ’ ἔθέλεις ἐτερον τι ἔγω] Posteaquam hunc locum absoluuit, cur tota hominum vita nunc calamitosior sit, atq; olim fuit, etates iam fingit. Neq; aliud hoc commento significat, quam & naturam & mores subinde deteriores fieri. Sicut & Verg.

— Sic omnia fatig.

*In peius ruere & retro sublapsa referri.*

Porrò, quia hanc descriptionem aratum Latinæ poetæ imitati sunt, proderit hic obseruare, quomodo sententias Hesiodi expresserint. Nam ea collatio docebit nos, quomodo aut breves sententiae copiosius illustrandæ sint, aut longiores sententiae breuiter & significanter efferendæ. Hesiodus uno versu dixit liberos vixisse, id Ouid. amplificauit ex caussis, quia si ne legibus, sine iudicijs recte viuebant. Sic enim ait:

Pœnam etusq; aberant, nec verba minantia fixo  
Ære ligabantur, nec supplex turbat timebat,  
Iudicis ora sui, sed erant sine iudice tati.

*Et Vergil. 7. Aeneid.*

Saturni gentem haud vinclo nec legibus aequam  
Sponte sua veterisq; Dei, &c. —

Irem quod ait Hesiodus terram vtero fructum pro-  
duxisse copiosum, id quoq; pluribus versibus amplifi-  
cavit Ouidius ex circumstantijs.

Ipsa quoq; immunis, rastroq; intacta, nec ullis  
Saucia vomeribus per se dabant omnia tellus.

Elegans metaphora est in verbo σύκορυφόσω. signi-  
ficas enim κορυφώσ accumulo, σύκορυφώ τāquam  
à summo vertice reperio, oben anhebet.

[Θαλίησι.] Εορταῖς exponunt. Vocant enim Θα-  
λίας sacras epulas ἀπὸ τῆς θάλλειν, id est florere. Est  
autem non vulgare tranquillitatis & pacis Encomi-  
um quod dicit in coniuicijs delectatos fuisse sine omni-  
bus malis, & suauiter omnibus conuixisse.

Toī μὴ δάιμονες εἰσὶ Διὸς.] Quidam dicunt  
Homerum ita Deum factum, & diu versatum fuisse  
se inter homines. Et recte Cic. 2. de leg. libro scripsit:  
Cum omnium animi sint immortales, cum fortium  
ac bonorum esse diuinos.

28. H. Θέμις αὐθρώποισι κατ' ἄθεα.] Veluti dicat  
iuxta proverbium, νόμος οὐ καὶ χώρα, vel, sicut consue-  
tum

tum est singulis. Sunt enim alij aliarum gentium mores. Et ἡ θρα, non mores tantū, sed loca etiam in quibus consueuimus significat, ut apud Homerū in fine Iliad. & Iliad. i. ubi de a pro loquitur.

ἡ particula posita est αὐτὶ τῷ καθός.

Zōēς Κερύδην ἔχουσε.] Significat propter impietatem & neglectam religionem mortuos esse. Et securis hominibus timorem incutere debet, quod semper graues dederint pœnas impietatis, qui non solum irreuerenter de Deo sonferunt, verum etiam debito bonore defraudarunt.

Ex medietate.] Fingit natos ex arboribus, ut significet duritatem & feritatem animorum, quia soboles imitatur naturam eorum à quibus procreata est, ut Vergil. testatur.

Sic canibus catules similes, sic matribus hædos.  
Ideo & Dido, cum Aeneas immanitatem tribueret,  
negat à Diis ortum esse, sed ait:

— Duris genuit te in cautibus horrens  
Caucasus, Hyrcaneaque admirūt vbera Tygres.

Oὐδὲ ποτιστον οἰδιον.] Non ederunt frumentū, sed primi pecudes laniarunt, & carne vesci cuperūt, quod antea magnum nefas est creditum. Sic enim de bove aratore ait Varro. Ab hoc antiqui manus ita abstineri voluerunt, ut capite sancierint si quis occidisset. Et apud Homerum, cum socij Ulyssis boves

Solis mactasse dicuntur, intelligi debent boues aratores, quos violare impietas erat.

Αλλ' ἀδ' ἀπεγένθη τέχον.] Pulchra descriptio virtutum corporis est, & volebat significare mirabilem duretiem in illorum animis fuisse, quod a ciuilibus discordijs, qua florentissimas Respublicas euertere solent, impias manus non cohibuerint.

<sup>29.</sup> Αὐτὰρ ἐπεὶ καὶ τότε. [Iam ante dictum est hoc consilio etatuum differentias recenseri, ut describeret poeta quomodo vicia hominum aucta sint. Adiecit autem certiae etati Heroicam etatem, quando Hercules, Iason & alij Argonautae vixerunt, qui proprie tia Heroes & semidei dicebantur, quod naturæ communis hominum nonnihil præstabant. Et Aristoteles scitè vocavit heroicam virtutem, impetum quandam peculiarem in homine, supra communem hominum caput, sicut in Cicerone maior vis dicendi fuit quam vulgus caperet. Et in Hectore maior foretudo quam in reliquum vulgus caderet.

Πολεμός τε κακός.] Apissimum belli epichoron est. Nam si Ciceroni credimus, Iniquissima etiam pax iustissimo bello præferenda est.

Τάς μὲν ἴφ' ἐπαπύλων.] Heroica etas continet Argonautas, & res gestas ad Theben, & Troianam historiam. Posteriora tantum tempora reconserit. Vide de Thebano argumento Scacium in 12. libris.

bris. Oedipus ille coniector & enigmatū solutor; ut  
est in Andria Terentij, duos filios habuit, Eteo-  
clen & Polynicen, qui monomachia decerarunt de  
regno, cum iam Thebe erat obfessa. Cadmus vero  
profectus ex Phoenicia, condidit primumbas The-  
bas septem portarum in Boeotia. Septiportes dicte  
ad differentiam Thebarum Aegyptiarum, quæ con-  
cipores fuere.

Mñdg. I Pecudes, & postea synecdochicōē o-  
pes significans. oldinōdnc. s, no. prima vox est, non  
pastronymicum.

E ἐ μαργέγον νίσσιοι. I De fortunatis insulis vi-  
de Plinium libro sexto, capite trigesimo secundo, &  
Solinum in postremo capite. Sunt autem non procul  
à Mauritania.

Μνήστ' ἔπειτα ὁ φελος ἐγω τέλετοιοι. I De-  
scriptio postrema & ferrea aracis, quæ pessimes  
predita moribus est; id quod poeta voluit, cùm ait:

Omne in precipiti viciū sterit, vtere velis.  
Maiorum mores senes magis laudant, & rectè qui-  
dem: nā semper degeneramus, & sic est in natura re-  
rum, ut subinde omnia degeneret. Iam quoq; boni vi-  
ri queruntur de moribus adolescēt, neq; pater filijs  
similis, neq; filij patrib. πάνερι γαρ τοι πάντες, &c.  
ut est apud Homerum. Neq; hoc tantum videre est  
in natura rerum aut in moribus, sed in omnib. robus.

Nām nemo negare potest olim Germanorum corpora rafaſſe robustiora ac proceriora, multo quām nunc ſunt. Ieſum ſemina à multis accepimus decreuifſe, qui dicebant ſe pueris compariſſe, multo maiora & meliora ſimil olim ſemina frumentorū & leguminum fuſſe quām nunc ſunt. Itaq; non immerito conqueri. Hesiodus videtur, quod in iſtam poſtremā etatem ex pefſimos hominum mores inciderit. Et fi iſtis melioribus quidem temporibus ad comparationem noſtri ſeculi is rerum ſtatus fuſt, in quam nos ſpem reſeruati ſimus ſenecaſco iam mundo & ingraueſcen- tibus hominum viſijs videmus.

30. Χαλεπὰς δὲ δρὸι δώσεται μείουας.] A pie- epiuāw eſt, quod curio, ſollicitus ſum ſignificat, quem admodum eſt in Euāgelio: Nolite ſolliciti eſſe, quid dicatis coram principib; Nam ſollicitudo & anguſtia prohibent fidem. Et ſollicitū eſſe, eſt incredulum eſſe. Addit tamon mitigationem & dicit, quod ijs miſcebuntur bona malis, quaſi dicat: & roſa nonnunquam cresceret inter spinas.

Oὐδὲ ξεῖνος ξεῖνος ὄντως.] Eleganter hanc ſen- tenciam ad verbum ferè expreſſit Quidius cum ait:

— Non hospes ab hospice rutus,

Non ſocer à genore, fratrum quoq; gratia rara eſt.

Quod autem in Decalogo de honore parētibus ex- bibendo eſt, hoc etidem hic ferè verbis reculit Hesio- dus.

dus. Neq; dubium est illa ex sermone Patrum acce-  
pisse, Addde quodd lex naturæ sit, honorare paren-  
tes. Est autem difficilissim honorare parentes, id est,  
cedere illis, existimare de illis omnia bona, obedire,  
&c. quā praestare opes. Itaq; & promissio addica est:  
Ut sis longaues super terram. Athenis capitale fuit  
spiritus ea non persoluere parentibus. Incredibilis  
quoq; amor atq; pietas erga senes parentes & volan-  
di impotentes inest Ciconijs, solus homo virtutis natu-  
re virtio renuericandi officium aut nunquam, aut  
egre praefat.

Xειροδίκας.] violentes vocat, & quibus iuris est  
in manibus, breviter, qui neq; ius neq; leges norunt,  
Cuiusmodi descripsit Ouidius,

Non metunt legos, sed cedit viribus aquum,

Victaque pugnaci iura sub ense latent.

ΤΒεύρ posuit pro ὑβέρεσι λύ, substantiū, pro adiect. quemadmodū & Homerus οὐβεύρ αἰρεγα pro ὑβέρεσι λύ αἰρεγα. Et Latinis poëtis scelus pro sceloste admodum familiare est.

Ζηλός & αἰθρωτοῖσιν.] Hactenus descripsit in genere mores cuiusq; propemodum eratis. Itaq; iam redit ad primam propositionem de litibus, quas multa mala inter homines parere dicit. Posteaquam ve-  
rè congerie quadam inuidiae epitheta enumeravit, fingit Pudorem & Nemos in Deas reliquisse terras.

hoc est nec pudore bonos absterrere amplius à turpi-  
zudine, neq; improbos metu vindicta. Nemesis enim  
indignationem significat, que vlciscitur malefacta  
flagitiosorū. Alioqui Nemesis Dea est que significat  
illam fortunæ speciem, quæ irascitur ijs, qui cum res  
affluunt, nimis inflantur & insolescunt, quos deinde  
punie & deiicit rursum. Aristoteles posuit inter vir-  
tutes illum impetum animi generosi, qui dolet rebus  
male gestis. Et Graci omnes virtutes Deas fecerūs.  
Quidam verò magis videtur ex Arato locum de iu-  
stitia sumpsisse quam ex Hesiodo, cum inquit: Vicia  
sacer pietas, &c. Hos enim potissimum locos capta-  
vit, qui illuſtrari tradando poterant & nescire in  
loco adhibiti.

[Kanū δ' ἐκ ταῖς αἰλοῦν.] Ideft, in tantū ma-  
licia hominum inualescat, ut planè nullum vel reme-  
dium vel auxilium bisce tantis malis expectandum  
sit (id enim αἰλοῦν significat.) Et perspexerunt sapi-  
entes omnia in rebus humanis mala corrigi non pos-  
se, nec ius ciuile corrigit omnia. Multa enim toleran-  
da & dissimulanda veniūt, non quod laudē merean-  
tur, sed quod sine maximo incōmodo è medio tolli ne-  
queant. Quare posteaquam admodum reborice que-  
sus est de publicis moribus, & de perturbatione o-  
mnium rerum (fuit enim locus ille locus Querela  
temporum) commodo nanc praecepta subiicit.

Nuñ

Nuē δ' ἄροι βασιλεῦσι ἐρέω φρεγέουσι.] Pro- 31.  
 posicio est. Tradam nunc præcepta regibus & Ma-  
 gistris. Et priusquam perueniat ad Paræneses,  
 narrat apogorum, quo figuratè significat quales mo-  
 res sint Tyrannorū, quod nihil minus deceat quam  
 vi grassari more bestiarum. Significat enim autem  
 sermonem recte aliquid monentem de moribus. Un-  
 de & Apologos àrōis dixerunt. Ænigma vero est  
 obscura significatio.

Φεγύεσοι πή ἀυτοῖς.] Correctio propositionis est,  
 quasi dicat, Nunc monebo reges, sed forsa frustra  
 moneo, sicut olim Luscinia accipitrem. Nam veri-  
 tas odium patet.

Ἄγδ' ὥρα ποικιλόδειρη.] Epitheton Luscinia  
 est, habet enim variatum collum. Magis tamen ad  
 vocem quadrare puto quam collum, bac enim cum  
 primis excellit, quomadmodum & Plinius in illa de-  
 scribenda lusit.

Τὴν δὲ εἰς οὐσίαν τῆς περιπολίας.] Tyranni uox est,  
 planè proverbialis, de alescius vita pro libidine sta-  
 tuens, quasi dicat, quantumuis iustas & aquas po-  
 stulas, tamen penes me est ius de te statuendi quid ne-  
 lim. Conuenit cum illo Agamemnonis quod est apud  
 Homer. lib. 1. Iliados:

Εἰ δέ κα μὴ δέωντι οὐδὲ δέπεντι αὐτὸς ἔλαυνε. Θ  
 alibi; Οφρὶ τοῦ σιδῆς δασον φέρταιες εἰμὶ σίθην

Αφρωιδ' ὅστις θέλοι τερεῖς χρέας οντας.] *Epi-phonema seu Epimythio huius fabula est, sunt enim Epibonemata sententiae ex superioribus consequen-tes. Monet non esse contendendum cum prestantiori bus. Nec enim fieri potest ut potiatur victoria un-qua, verū ad dedecus mala quoq; pati cogitur. Qua- sencencia eleganter germanismum expressit. Et*  
*mūß den sport zum schaden haben.*

Ω Πέρον σὺ δ' ἄκε. ] *Abortatio est ὁ Perse-fuge iniuriam. Estq; primum preceptū. Nam in le-gibus natura prima lex est, ne quem ledamus. Hu-iusmodi noricias, qua in omnib. sanis hominib. sunt, Graci τερεῖς λέγονται. Et Paulus quonq; ius na-turæ vocavit. Plutarchus integrum librum scripsit τερεῖς λέγονται. Et prodest scire quancum videat ratiō, deinde videre quid desit ei, & ad quā perte-ringere nequeat.*

Δίκη. ] *Significat iustitiam, iudiciū & vindictam. Quod Romani ius vocant, hoc Graci δίκην. Germa-nica vox recht planè sic usurpatur. ιδλὸν pro forti exponendum censeo, ut sit sensus: Ne fortis quidem vir iniuriam perferre possit. ἐπέρηφι pro ἐπέρα, Ioni-ca Paragoge est, sicut nos dicimus dicier pro dici.*

Δίκη δ' ὑπὲρ ὑβερβούχει. ] *Ratio precepti est, quare sit satius sequi iustitiam, quia ad bonū finem perducit non potest si quis iniuria afficiat aliam. Et quan-*

quamquam iniusta saepe habeantur pro iustis, tamen fieri non potest, quin iustum cognoscatur tandem, & homines scelerati opprimantur. Nam ut veritas laborare potest, extingui non potest, ita nec iustitia. At que hoc significare voluit cum inquit: ιε τάλθε ελθεται. ἢχει, virò est preualere, obtinere, den platz behalten.

Πατέρων δέ τε νύμος καὶ γυνώ.] Prouerbialis locutio est, qua significat miserrimam esse prudentiam qua ex malis nostris perdiscitur. Commoratur autem longiuscule in collatione iusticie & iniusticie, ut metū incutiat hominibus, ne contra iustitiam faciant. Itaq; & veriusque cùm incommodatum commoda recenseret, sicut in Scriptura Deus minatur & pollicetur, bonis quidem ut bene habeant, & ut res ipsorum sint incolumes, malis verò, ut quia semel in animū induxerunt iniusticiæ partes sequi, etiā frustus illa dignos auferant, hoc est, ut bello, latrocinijs, seditionibus, tyrannorum sauitia, & omnibus malis affligantur,

Ηδ' ἐπται χλαισον πόλιν τη.] Suspicer καὶ subintelligendum esse, ut sit sensus, iustitia aere iam induita ut cerni nequeat per urbem & placeas incondens, dignas de iniustis pœnas sumer. Επίται enim alioqui cum datiuo construitur.

ΟἽ δέ δίκας ξενοῖσι.] Argumentum est à

præmijs que iustos sequūcur. Nam cū nihil sit quod aque ad recte faciendum hominet inuitet atque spes commodi alicuius ob oculos posita, etiam Principes hac ratione Hesiodus ad iustitiam & honestatem condam accendi posse arbitratur. Et videre licet hoc in loco, quām pulchra sit in verbis amplificatio, vrbis viret populi florent, est pax, & illa quidem iuuenie alumna, præterea dat magnam annone vberatatem, que omnia, si quis pro dignitate luminib[us] verborū exornauerit, facilime copiosam queat orationem efficiere. Sunt autem imprimis pacis & belli epicheta obseruanda, quia bello nihil calamitosius, nihil fugendum, nihil detestandum magis, in quo humanitatis studia frigent, bona leges negliguntur, religionis aut nulla aut perquam exigua cura. Itaq[ue] etiā exemplo esse potest Turcicū bellum immanissimū, quod multis iam annis Christianam Rempub. indignis modis atq[ue] omnium miserrime afflixit. In pace verò pueri artibus bonis imbuntur, neq[ue] est quicquam vel magnificentius vel admirabilius. Nam pacis tempore omnium barum rerum metu liberamur, que in bello magno cum periculo & acerbissime ferre solemus. Eadem pacis commoda recenset Homerus in Clypeo Achillis, que hoc loco Hesiodus.

32. Oīς δ' ὑβεις τῷ μέμπλε.] Antithesi quadam confert iniistorum pœnas ad præmia iustorum. Sunt  
ancem

autem omnia illanata ex legibus natura, quia recta ratio dictat sceleratis & flagitiosis hominibus nullum malum fore impunitum, & mala non esse committenda. Quod autem mala committuntur & designantur flagitia, etiā si aliud moneat ratio, in causa sunt effectus quibus vitiati sumus. Úbere, contumeliam significat. Nam sic etiam iniuriam in legibus exponeat Iureconsulius.

Πολλάκι καὶ ξύμπασσα τόλμης

Κανές αὐτὸς ἐπαυρεῖ.] Hac sententia totidem ferè verbis est in Ecclesiaste, Sæpe vniuersa civitas mali viri pœnam luit, ut tota Turingia luit peccatum proditoris Munzeri. Aeschines citauit hunc versum de perfidia Demosthenis, Et Dominus in sacris literis felicitatem ob Naamā Syria dedisse dicitur. Mala verò omnibus ob peccata Manasse dedit. ἐπαυρεῖ Latinè dicitur luere peccata, quod nos redūdius efferimus, ent gilt eins mañs/genüße eins mañs. Verung, enim significat. I' sus est Homerus libro primo Iliad.

Λιμὸν καὶ λοιμὸν.] Poetae constanter obseruantur semper pestilitatem sequi carissimam annonam. Et nos experientia edoceti sumus verissimum esse quod dici solet λοιμὸς μετὰ λιμὸν, id est, pestis post famam. Sic enim & superioribus annis in Italia conzigit.

Tel[βυσιν.] *Emphasis in ea voce est, qua poeca significat eiusmodi odio inter se mucuo accendi acq, exasperari homines, ut qui potencior sit, impotencio-rem planè conterat, & ad nihilum redigat. Huius rei multa exempla extant apud eos qui rixantur in foro. Ibi est videre quantū malitia valeat humanae mentis, & quām furibundum reddat cum qui semel conceptum in animo odium, in alterius perniciē sum manam, nullo camen, aut per quām exiguo suo commo do, ad finem perducere destinavit. Sed cum istis tem poribus eiusmodi rerum status fuerit, nemini mirum videri debet, quòd de nostrorum temporum malis querimur.*

33. *Hδέ τε παρθένος ήτι δίκη Διός.] Facit nūc prosopeiam cum fingit iustitiam sedere iuxta Io uom, atque illum abortari, ut iustitia det præmia, de sceleratis verò sumat pœnas. Illo gestu facit orationem crescere, alioqui idem diceret quod dixerat su pra, sed ne esset cædiosum, fingit personam quæ loqua tur.*

*Ταῦτα φυλασσόμενοι Κασιλῆς.] Apostrophe est ad iudices ut recte iudicent, neque frustra est quòd bac sæpius iterando inculcat. Nam eam esse hu manæ mentis malitiam, ut difficillimè ad ea que re Etasunt feratur, omnes passim viri sapiētes viderūt. Et subiecit gnomas aliquot, quas dubium non est ex legibus*

legibus naturæ tanquam ex fonte promanasse. Prior posita sententia mire conuenit cum ista que in sacrificiis literis est. Incidit in foueam, &c. Proxima est apud A. Gellium. vocem est intelligere seu animaduertere, propriè mercant.

Nūn δ' ἵγε μήτ' ἀντὸς ἐν αὐθόποιοι. ] Atopon argumentum, id est, ab absurdo, quasi dicat, Nil referret quales essemus, si non essent constituta pœna & præmia. At qui sunt pœna & præmia. Itaque mulcum refert. Idem argumentum est apud Aristophanem in Pluto, ubi oraculum consulitur, quibus artibus senex filium instituat suum, ad virtutem ne, an ad quæstuosas arces conferat. Et consultum est, εἰς σφόδρ' οἵσι σύμφερον τὸ μηδὲν τὰ σχεῖν υγίες ἐν τελευτῇ χρόνῳ. Ita hic poeta dicit: Nolim ego iustus esse, neq; filius meus, si noceret esse iustum; nec essent iustis proposita præmia. Ad hunc modum ratio dijudicare potest; mulcum referre; bonus ne quis an malus sit, & si non queat videre causas, nec dijudicaretur malis bene sit, & bonis male. Quemadmodum oculis colorem videt aliquis, licet nesciat cur non aequaliter vel pedibus videat. Ita reueramente videt neminem esse laudendum quantumvis causas, cur sic videat ignorat. Atque hac de causa adiecit correctionem: sed hac non puto facturum Iouem.

Καὶ νῦ δίκιος ἐπάκτει βίνς δ' θηλήθεο πάμε-

mar.] Argumentatur à natura hominis, & ius naturæ describit, & dicit hominibus quasdam sententias esse insitas, seu diuinicas inscriptas in animis, quæ doceant nos recta. In bestijs nō sunt eiusmodi sententiae quæ iudicent quid sit faciendum: imò est videre in his quòd omnia vi gerantur, cùm hominibus iura constituta sint, cōiungantur & regantur. Ergo homines iure debent disceptare, vis beluina est. Paulus eas leges veritatem Dei appellat. Sunt autem hæc ferè:

1 Deum cole.

2 Neminem lærito.

3 Quia ad societatem facti sumus, ergo benefacito alijs, et pro beneficio redde gratiā, iuxta illas vulgares sententias: Manus manū lauat, digitus digitū.

4 Certis legibus connubia esse coniungenda, & educandam sobolem & defendendam.

5 Ciuitates esse constituendas, parendum Magistratui, & pacta seruanda esse. Nam alioqui societas hominum non potest conseruari, nisi fides seruetur in contrabendo.

6 Sicut medicus præcidit aliquam partē corporis ut seruetur totum corpus, ita ut societas humana corpus conseruetur, latrones tollendi sunt & alij qui violant societatem humanam. Ideo & bella geri oportet.

7 Et quia natura non est ladeña, nec offendenda so-

da societas, ideo in vietu modus, & ordo in actionibus seruandus est. Porro, sicut diuinis legibus scriptis ob remptare nos oportet, ita & his Deus nos vult obse qui. Et animaduertit in eos qui eas violant, id quod illi cruciatus conscientiae in flagitiosis testantur, qui etiam si nemo resciscat eorum facinus, tamen natura licet mecum impendentes pœnas. Fit autem barum legum sape mentio. Sic Iuuenal.

Numq[ue] aliud natura aliud sapientia suaderet? 34.

Nñresov.) id est, immadicabiliter, quasi dicas vñ ãresov. Est enim vñ Steritica particula, & ãnēco significat medeor. Et eleganter dixit ἀμαρτεγέρην γε vñ posteritas quæ propemodum obliteratur. Neque enim tanti sumitur supplicium de ipso, sed de ipsis etiam liberis, nā illi postea deterius habebunt. Sicut & Mose dicit quod Deus sumat supplicium de his qui mandata eius negligunt in tertiam & quartam generationem. Græci hac de re libros scripsierunt. Et ex eis libellus Plutarchi de his qui sero puniuntur à numine, & querit mirabiles rationes. Eius verba hac sunt: Plus est diuina negotia considerare homines existentes, quā de Musiciis disputare qui nō sunt Musici, & de re militari, qui eius rei imperici sunt.

Σοὶ δὲ ἐγὼ ξαθλὰ νόειον ἔπει. ) Hortatur ad laborem nunc Poeta, ductum argumentum à natura virtutis. Nam ita proponit laborē ut sic coniunctus

cum virtute & iustitia. Estq; egregia hec sententia.  
Mala & improbitas ubiq; præforibus sunt. Vel pec-  
care proclive est & facile, sed non est tam facile recta  
facere. Hunc locum imitatus est ille qui literam Py-  
thagoræ descripsit. Et Ouidius inquit:

Publica virtutis per malam facta via est.

Μακεδόνες καὶ ὄποις οἷς εἰπεῖνται.) Οπο-  
τερ enim, ut quod iustum est, simplex, planum & per-  
spicuum sit, nam & veritatis oratio simplex est, &  
rectum sibi per omnia constat. Ergo quoties aliquid  
proponitur de quo inter sapientes viros non conuenit,  
illud falsum sit necesse est.

Eis ἀνεγνώσκωνται.) Duplex lectio est. Sunt enim  
qui ixnæ, sunt rursus qui innatae legantur. Quod si le-  
gas ἀνται, tunc impersonaliter erit exponendum.

Οὐτοί μηδὲ πανάρεις οὐτοί πάντα νούσει.)  
Prior γνῶμη fuit virtutem esse coniunctam cum la-  
bore, quod labore ad virtutem perueniatur. Nunc  
secundam proponit de diuersitate ingeniorum. Citat  
hunc versum Aristoteles primo lib. Ethicorum. Et  
Liuius interpretatus est hunc locum penè ad verbū  
in Fabio & Minutio. Sæpe ego audiui milites eum  
primum esse virū qui ipse consulat quod in rem sit.  
Secundum eum qui bene monenti obediat. Qui nec  
ipse consulere, nec alteri parere scit, eum extremitate  
genij esse. Minutij verba sunt.

Αλλὰ σύγ' ἡμετέρης μεμνηδός αἰσχὺ ἐφεῖταις.)  
*Hec est demum de labore propositio. Labora ut possis effugere famem. Et argumentatur à locis honestatis, quod et Dijs & hominibus sint chari homines solerces. Oderunt autem semper Dij ignauos. Addit quoque similitudinem, qua vitam inertium fucis comparat. Sunt autem fuci degeneres apes, estq; genus insecti, simile quidem apibus, sed ingenio dissimile, illi sunt qui mel apibus absunt, cum ipsi non laborent. Et sic etiam Plin. meminit lib. 11, cap. 16.*  
*Aristoteles lib. 9. de natura animalium inquit: Βεβαρυμ αἱεὶ carent aculeo ut fuci, αἱεὶ autē habent. κόδουρος nomen venit à κεύθω, quod abscondo, οε culic significat, & ἔργη cauda. Non enim exerunt aculeum sicut apes.*

Σοὶ δὲ ἔργα φίλα ἔστω μέγια κομῆτιν,) Repetit propositionem cum insigni commendatione laboris,

35.

Oīθεντα.) posicūm est pro δμοις εἰ. Da verò adiectitiū est complendi versus gratia adpositum.

Αετόφερνας θυμόν.) Hesychius μεταίφερνα exponit δικυφάς ἔχων τὰς φρενάς.

Αἰδώς δὲ γάρ αἰσθήτη.) Occupationes adiecit. Forcas se turpe tibi videatur laborare, Atqui nō est turpe laborare præsertim egeneti. Citatur proverbialiter hic versus, mendicos debere esse impudentes, verūm hæc nesciātum Hesiodi sententia est. Est enim duplex

verecundia, bona scilicet, & minus bona. Prodest in loco pudor, obest, si quis hoc ignauiam suā prætexat. Neq; aliud hoc loco pudorem vocat, quām quod Ver gilius dixit Degeneres animos.

Χρήματα δ' ἔχ' απάκτα θεόσθοτα.) Est in omnium ore hac sententia: Male parta male dilabū tur. Honeste parta durant apud hæredes. Sunt enim θεόσθοτα, id est, diuinicus data.

Εἰ γὰρ τις ωγῇ χεροὶ βίη μέγαν ὅλον.) Duo genera iniuria facit, quibus duplices artes parandi vietus intelligit. Sunt qui manus in alienas facultates iniiciunt & vi rapiunt, hos raptiores nominare licebit. Alij per fraudem & periuria dicescere cupiunt quem magna rbiq; copia est. Hi sunt qui lingua prædantur, id est, mendacijs.

Πεῖά τε μὲν μεγαρέστοι θεοί.) Validissimum argumentum est, quo absterrentur homines à malefactis, videlicet, metu paenarum. Atq; ea est secunda pars circunductionis qua absolvit sententiam.

Ιον δ' ὁσθ' ικέτευ ὅσε ξεῖνον νακὸν ἐρξει.) Se quitur catalogus præceptorū de varijs officijs. Idem inquit, est flagitium hospitem ladere & supplicem. Maximi nang, olim hospitale ius fiebat. Et nota est bistoria de Campano illo & Romano milite. Multa hospitalitatis mentio fit apud Homerū. Nec homines vocabulo digni sunt, qui eam non ex animo præstant.

Rant peregrino et egenti. Et Iuppiter ζεύς dicitur  
est, quae in eius tuncula sunt hospites. Vnde est illud Verg.  
Iuppiter (hospicibus nā te dare iura loquuntur) &c.  
Apud Homer. Odis. 2. Nausicaa puella dicit quan-  
toperfint Ioui curæ hospites & supplices, cum ait:

— Περὶς γάρ Διὸς εἰσὶν ἄπαντες,

Ἐκνοί τε πλωχόί τε. Δόσις δὲ ὀλιγοφίλητε.

Ερξθ.] Metathesis est. Venit. n. à ρέζω ρέξω in fut.  
Ara δέμυσια Βαίνοι.] Tmesis.

Παρεχαίεται.] Importuna, flagitiosa dicuntur.

Οστε τεῦ ἀφεγδίη.] Et sacra scriptura borren-  
dam supplicium ijs minatur qui pueros lēdunt. Est  
enim alioquin ea actas obnoxia malo. Bis autē peccāt,  
qui ledunt orphanos.

Tεῦ pro τινὸς Doricē.

Κακῷ δῆτὶ γένεας καὶ δακρύ.] Anticheti quadam  
praecepta decalogi refert. Nam cum in decalogo do-  
ceamus parentes esse honorandos, eamq; ob causam  
addita sit promissio, nihil præcipitur hic aliud quam  
non esse cōcumelia et probris afficiendos. Itaq; & pro  
missioni, qua est in præceptis, Hesiodus comminatio-  
nem opponit, quod Iuppiter tandem pro iniustis operi-  
bus asperam retributionem sit compensaturus. Esse  
autem elegans metaphorā δῆτὶ γένεας καὶ δακρύ, id est,  
in limine senecte, pro extrema senecta. Atq; hoc imi-  
tatis sunt poetæ Latini.

36. Καδ' υάμυν δ' ἐρδειν λεπάθανάτοισ.] Præceptum est de faciendis sacris. Et vocabant libationes quando in sacris fundebatur aut offerebatur vinum. Quemadmodū Aeneas apud Vergil in 1. cum primum ad Didonem venerat. A των δέ λόγω libo, quod est leuicer degusto, τονδὶν venit. καδ' υάμυν δι-  
Etum est pro κτι δυάμυν secundum potentiam, id  
εστ, pro viribus.

Οφρ ἀλλων ωνη κληρον.] Hoc est, ut aliorū iuues rem familiarem, possessionem, &c. Ad hunc modum etiam Christus in Euāgolio monet γε simus pauperes, quo alijs possimus dare, νο γε accipiamus. ανη proper versum, o in omni mutatum est.

Τὸν φιλεόντ' ἐπὶ δαῖτα καλεῖν, τὸ δ' ἔχθρον εἰ-  
σαι.] Adiicit quadam præcepta liberalitatis, sed ta-  
men alienora à primis illis iustitia gradibus, sicut  
et Cicero in Officijs facit. Nec est impium quod ini-  
micum omittendū esse monet, cum et Salomon eius  
rei meminerit: caendum tamen ne nostro vicio acci-  
dat. φιλεῖν non amare tantum significat, sed etiā ho-  
spitio accipere, et comiter tractare, γε

Χρὴ ξεῖνον παρέοντα φιλεῖν, οὐδέλογα δὲ πέμπειν

Τὸν δὲ μάλιστα καλεῖν ὄσις σέθεν ἐγγύθι νάει.  
Admonet vicinum studiosè colendum esse. Cum e-  
nim tota nostra vita ad societatem comparata sit, ne  
quid ignorat, quam ingens bonum sit bonū babere vi-  
cinum.

tinum. Nec poeta hanc sententiā temere multis rationibus amplificauit, vbi vicinorū & cognatorum sedulitatem in negotijs obeundis ex officijs praestans ita conferri, ut quam longissimè cognatos, si opus sit alieno auxilio, vicini antecellant. Id quod & Cassia apolodus apud A. Gellium indicat, vbi cognati multo minus faciunt quam vicini. Nec Themistoclem fugit, quod cum prædium vendicurus erat, etiam hoc per præconem addendū censuit, quod haberet bonum vicinum.

Eū μέτρον παραγγέλειον την οὐτονόμον. Aliud preceptum de mutuo persoluendo, & citatur hic locus in Offic. à Cicerone, vbi de gratitudine scribit. Item in claris oratoribus ferè citatur hic versiculos vbi dicitur de reddenda gratia, nec est ullum vulgarius in gratitudine vicium in toto orbe, licet Deus impunitum non finat. Nam & Salomon dicit: Nō recedet malum de domo ingrati. Eū γεωνικῶς exponi debet, quemadmodum supra quoque, est enim subiectiua particula, ut sit sensus, si mutuo sumperis, alterū sū abundare videtur. Nam ita solēt iterare has particularas, ut Homerus quoque. Μέτρον τον. I passiu exponendum, pro dimensum accipere, vel mutuo accipere, du sole dit wol lassen mässen. Suidas dicit μέτρον, non tantum mensurare vel mutuo dare, sed etiam mutuo accipere significare. Docet autem

natura ipsa gratitudinem, & illa lex naturalis vera diuina est, etiam si non esset prescripta. Et cum nulla tam immanis bestia sit in qua non sit sensus gratitudinis, prestandū est maximè, ut nec homo ab hac sit alienus. Quid enim aliud sibi volunt exempla Leonis & Draconis, quam ut gratitudinem nobis commendent, siue ea vera siue ficta sint, nihil tamē aliud q̄ gratitudinē ob oculos his proponere viri sapientes voluerunt. Et qui gratias pinxerunt pro una singūe geminas redire. Una enim dat, gemina referunt.

Tὸν φιλέοντα φιλεῖν γέτε. ] Commendat nobis amicitiam illa sententia. Iam cū nonnulli adeo mortosi sint, ut planè abhorreant à societate, & nullum animal proprius homine ad illā accedat, addā etiam quod plures nec habere nec colere possimus (nec enim ex quibusvis amicitia constat, sed ex similibus natura) recte Hesiod. praecepisse iudicandus est, cū doceat non quosvis in amicitia recipiendos, & danti esse dandum, non danti, id est, sordido, nequaquam. Et quanquam haec sententia paulò gentiliores cum ipsa lege naturæ pugnare videantur, ut indicat Plato in Gorgia, tamen quia beneficium est compensandum, nec omnes iuuare possumus, nemini dubium esse poterit certos quosdam esse iuuandos. Non autem sic obligaris illi qui nihil de te meritus est, ut obligari benemerito. Quia naturaliter sic obligati sumus ut red-

vt reddamus officium, quemadmodum & Iureconsulcus ait obligari ὡς αὐτὸς ὡς.

Δῶς αἰγαθὴν, αἴρηται οὐκέτι κακὸν.) Liberalitatis praeceptum est. Quanquam autem nullæ leges cogant hominem ad liberalitatē præstandam, ipsa tamē humana nitas obtinet & cogit nos ut bene faciamus bonis viris, & communem societatem iuuemus. Quapropter & cum virtute ita comparatum esse videmus, ut boni viri etiam multa liberalitatis officia præstent, semper tamē lati & hilares sint. Contra mali etiam si multa babeant, nunquā tamen tranquillam & pacatā conscientiam à furijs obtineant, ut uel hoc nomine doceremur liberalitatē plurimi esse facienda, non tam aliorum causa, quorum inopiam nostra liberalitate subleuamus, quā nostra quoq; quōd animi tranquillitatem istinc concipimus & possidemus.

Παχύω ) significat gelidum facio.

Ei γάρ κεν καὶ σμικρόν επί σμικρὸν.) Ad multa utilis erit hac sententia. Verū non inepte ad studia literarū referri queat. Commendat autem diligen tiā & assiduitatem nobis. Est enim iucundū præfensi copia frui, & semper aliquid habere præmanu. Et quanquam nemo adeo diues sit qui non alterius egeat, neq; quisquā adeo doctus, qui non opus habeat alieno administriculo ad literas, tamē turpissimum est quotidie uelle emendicare, nec posse οἰκόσιτος uinere.

Αἴδοπα λιμὸν.) id est, nigrum famem ab effectu dixit, quemadmodum Homerus frequenter αἴδοπα οἶνον. Sunt enim famelici nigri, & fames solet nigridiores reddere. Hunc Græcismum imitati sunt Germani qui dicunt, der schwartz hunger

Αἴδων.) significat faciem comburens.

Ἀρχομένου δὲ τίθυνται λίγοντος κορεσταδός.) Preceptum est de parsimonia. Cum res es, abunde maiores sumptus facere potes, estque humanitatis hoc. Verum nihil proderit cum primum velle compareto ubi patrimonium est amissum. Nam odiosa est in fundo parsimonia, iuxta versum;

Nihil iuuat amissio claudere septa grege.

Raruscum res abunde suppetunt, non decet eiusmodi sumptus facere, ut nihil reliquum facias, id enim prodigalitatis non liberalitatis esset. Sed memineris iuxta Salomonem ita doriuare fontes tuos foras, ut tamen horum Dominus maneas. In summa poetæ utraq; extrema liberalitatis fugienda monet, ut neq; sis prodigus neq; sordidus.

Μισθὸς δὲ αἰδρὶ φίλῳ εἰρημένος ἀρ' οὐ οἶστον.) Aliud preceptum, Mercenarij sunt benignè tractandi. Et debes sufficientem mercedem soluero ijs quos conduxisti, ita illi vicissim operam dabūt, ut respondant in laborando.

Καὶ τῷ χριστῷ γελάσας.) Egregia sencenzia,

*dia, Non temere fidendū vlli, Nemini fidas nisi qui  
cum modium salis absumperis. Item cum fratre io-  
cans adde testem. Quod si in ioco adhibendus testis,  
quanto magis in rebus serijs? Epitheton est in parti-  
cipio γαλάστας, quasi dicat, Vide ne verba quae iocan-  
do dixeris inuertantur tibi, itaq; teste conuenit cum  
fratre iocari.*

*Πίσεις ἀρχῶν ὡς ἀποστολαι.] Id est, Creden-  
dām est & non credendum, Vile cum primis præce-  
pum, quodq; imis sensibus reponendum est. Illi enim  
potissimum experiuntur que vis sit huius sententia,  
qui versantur in Rebus pub. & grauioribus caussis,  
præsertim periculofis temporibus. Nec Græci fru-  
stramonerunt, μέμνονται πολλά. Nam si propter  
fucatam amicitiam vix fratri est adhibenda fides,  
quantum alijs fidendum sit, facile aestimari potest.*

*Μὴ δὲ γυνὴ σὲ νόον πυγοσόλθ. ] Præcepum  
est de scortis. probat enim Hesiodus coniugium. Nā  
de eo infra dicit.*

*Πυγοσόλθ. ] Composita dictio est, quasi dicas,  
ornans nates, à πυγὴ σέλλω.*

*Σὲ νόον.] Tementem, id est, tuam mentem. V-  
tuncur enim primitius proderiuatiuiss.*

*Φιλήτης.] Hesychio κλέπτης καὶ ληστής θεῖ, ab  
τέσσερι & ἀλω cōposita dictio: φιλητής vero amator.*

*Μετοχημῆς δὲ παῖς σωζοι.] Oeconomicon hoc*

praeceps est, quo non aliud admonemur quam iusta verus proverbum: Oculo domini saginari equum. Est enim primum (secundum Catonis sententiam) in re rustica, bene pascere.

Φερβέριδων.) Ionius infinitius est.

Γηραιὸς δὲ θάροις.) Duplex sensus horum versuum est. Prior ratio est, Quo maior liberorum grecum relinquatur, hoc facilius procedere rem familiarem. Sic enim et Germani proverbio locum fecimus. Altera est, quod res domestica non unius tantum opera potest augeri. Siquidem, Unus vir nullus vir, ut habet proverbum.

Σοὶ δὲ εἰ πλάτε Θυμὸς ἐλθετο.). Conclusio generalis est, quæ continet laudem assiduitatis et industria. Assiduitate dices, inquit. Sis sedulus in opere tuo, et dices, iuxta versiculum:

Gutta cauat lapidem, non vi, sed saepè cadendo.

IN II. LIBRVM HESIO-  
DI ENARRATIONES PHI-  
LIPPI MELANCTHONIS.

**P**RIORE libello præcepta de moribus 38.  
tradita sunt. Secundus liber coontinet  
præcepta agriculturae. Et quanquam  
discenda Græcæ linguae caussa enarratur hic au-  
thor, tamen si quam utilitatem & rerum cognitio  
qua hic docetur, adferet, non verba tantum, sed res  
etiam consideremus & discamus.

Quondam proderant hæc Hesiodi præcepta agri  
colis, quia quo quidam tempore faceret hinc discebat:  
nobis plus profunt Physica & Astronomica que ad-  
spersa sunt. Nam sèpè caussas naturales tempesta-  
tum, & aliarum rerum commemorat. Porrò etiam  
totius anni tempora discernit per insignium syde-  
rum ortus & occasus. Ita docet totam rationem &  
varietatem ortus & occasus. Primum autem perli-  
beralis & valde honesta cognitio est omnium Astro-  
nomiae partium & dignissima bono viro. Sicut Oui-  
dius testatur cum ait:

Felices animæ quibus hæc cognoscere primum  
Inq domos superas scandere cura fuit.  
Credibile est illos pariter virijsq iocisq

*Alius humanis exeruisse caput.*

*Secundo necessaria est cognitio cœlestium motuum, quia oportet nos in rebus publicis habere descriptionem anni & mensū: quæ si non haberentur, nulla posset memoria præteritarum rerū haberi, & multæ præsentes res intempestiuè fierēt. Et Deus præcepit ob eam causam astra obseruari cum dicit, Erunt in annos. Hic verò libellus Hesiodi ita scite totum annū metitur, ut si fastos non haberemus, ex Hesiodo confici possent. Et quidē hæc ferè tota versus Astrologia fuit.*

*Tertio magnas ad fert utilitates, quia ex cognitione cœlestium motuum, tempestates annorum, fertilitas & sterilitas præuideri possunt; ut licuit animaduertere anno ab hinc tertio, ubi propter vim aquarum multis locis corrupta seges est. Ideo & Moïses ait, Erunt insigna, tempora, & annos, id est, diuer sitatem temporum sydera efficiunt, ut alias aestus sic maior, alias frigus acrius, alias maior siccitas, alias magis vuidus aer sit.*

[Πληιάδων.] *Pleiades manipulus est septem stellārū in sergo tauri, quæ conspicuntur noctu ferè per totam hyemem. Porrò, noctu conspicere est oriri Χρυσῶς, ut apud Ouid.*

*Quatuor autumnos Pleias orta facit.  
Sub initium Maij cùm Sole subueniuntur mane su-*  
*præ*

*præ terram, id est oriri κοσμικῶς. Mense Iunio pro-  
deunt, ita ut mane conspiciantur, idq; vocant oriri  
ἥλια κακῶς, paulò ante Solis ortum conspicere. Ideo He-  
siodus ait messem instare cum oriuntur Pleiades, via  
delicet ortu Heliaco. Nouembri mane sub ter-  
ram descendunt, cùm noctu conspicere sunt, id est oc-  
cidere κοσμικῶς. Id verò tempus sementi faciendæ  
idoneum iudicant agricola. Ideo Vergilius dixit:*

*Ante tibi Eoæ Atlantides abscondantur,*

*Debita quām sulcis committas semina, &c.*

*Id est, mane occidunt, quod fit Hyeme. Sed ubi citius  
hyems est, citius serunt, ut in Germania. Id quoq;  
præcipit Vergilius:*

*Dum sicca tellure licet, dum nubila pendent.*

*Dicuntur Pleiades, quod sit plurium coniunctarum  
stellarū proprius cætus. Laci Vergilias dixerūt,  
quod in verè orientur. Atlantis filiæ finguntur, &  
credo Atlanti eum honorē haberi quod docuerit A-  
stronomiam. Poeta trissyllabon faciunt πληιάς. In  
soluta verò oratione dissyllabon est Pleias.*

*Επιτελλομένων. ] a Ionica Dialecto interposi-  
ta est.*

*Ἄδητοι γύρτας τε καὶ ἥμερα τεσσαράκοντα. ]  
Quod dicit quadraginta dies noctesq; latere Vergi-  
lias, sic accipe, à Maio subiectas supraterram intet  
diu non cerni, propter vicinitatem Solis, magna pat-*

ce aëstatis, nobis vero sub terra sunt. Post menses duos mane cernuntur ubi longius iam Sol discenderit à Taurō. Deinde Mense Octobri post matutinū occasum nocti rursus cernuntur. Neq; est sic accipiendo, quod post occasum matutinum, post autumnum lateant, nam ita nocti cerneretur. Nunc postea nec nocti nec interdiu conspici dicit. Id sic in aestate dum Sol proprius Taurum versatur.

**Κεχρύφαται.]** Tertia perso. est præt. paf. ut apud Homer. in 2. Iliad. Κέρτηφάται, Addunt enim Jones ταυταντον ad præt. actiua vocis.

**Πέλομαι.]** Existo, inde οὐεπλομόθ. & est perpetuum anni epitheton. Gellius diligenter hanc vocem reddit lib. 3. cap. 16. pro decurrence ad finem anno, & non circumacto anno.

**Οὔτός τοι πεδίων πέλεται νόμος.]** Ecliptica oratio est, vult enim dicere, illis qui prope mare habent zanæ, quiq; valles cœcauas, &c. hæc lex seruanda est.

**Αγρός.]** Palustrem terram significat.

**Γυμνόν απείρειν.]** A signo describis rursus tempus arationis & messis. Est autem arandum ante maximam fænitiam hyemis. Et commode adiecit abortatiunculam. Vide ut res tua in tempore conficiatur, ne cogatis aliena viuere quadra.

**Ος τοι ἔκαστα ωέι αἴξηται.]** Verbo singularis num.

num. nomen plur. num. adiunxit, quod Græcis familiare est.

- Πτώσω.) Id est, trepide peto alienas aedes.

Ἐργα τὰ τοῦ θρόνου.) Causa, quare sit laborandum. Quia homo factus & ordinatus est ad labores. Neque frustra est quod hoc tam sedulo insulet et virget poeta. Nam præterquam quod Dei voluntas est laborare, etiam hoc significare poeta voleuit, non posse fieri ut quis honeste vivat, nisi simul laboreret. Et quemadmodum maxima res dilabuntur per discordiam, ita quoque per socordiam ac negligentiam ut saepe usu venire videamus. Sunt enim qui tametsi non magnos faciant sumptus, nec dilapidant rem familiaris, tamen socordia ad extremam paupertatem rediguntur.

Διατερπίεις οὐκ είσι γε μακρά.) Est ordino, constitua.

Οἶκοι μὴ πρώτη γενναῖ τοι.) Primus ver 39. sus huius libri continebat propositionem, complectens summam agriculturae, messis videlicet & arationis. Nunc narrationem contexit, quæ generalia praepara concinet, de constituta re familiaris.

Κατέλευτη γαπτική.) Aristoteles economiam suam incipit ab hoc versu, & refert ad uxores cum ancillam intelligat poeta. Nam post de uxore loquitur. Est elegantissimus locus de coniugio in Xenophonice, quem Columella optimis & præstans

sissimis verbis expressis in prefacione 12. libri.

Kτιτής] Ancillam emptam significat, & non nuptiam.

Xρήματα δ' εἰς οἴκου.] Commendat ordinem & curam in re domestica hoc praeceptum. Columella enim nihil magis prodeesse dicit, quam si seruetur ordo. Verus, inquit, est proverbiū, Paupertatem certissimā esse, cum alicuius indigeas, uti eo non posse, quia ignoretur ubi projectum iaceat quod desideratur. Itaq; in re familiarī laboriosior est negligēcia quam diligentia. Sic accidit in nostris studijs. Sunt qui multas sententias tenent, sed cum est dicendum & filius exercendus, nullæ prorsus veniunt in mente. Quid sit in causa, dictum est.

Ηδ' ὥρη καὶ σημείωται.] Oportet agricolam diligenter obseruare occasionem, quia non leuis est iactura in mutuo accipiendo: dum enim mutuum perdis temporis occasionem.

Μήδ' αὐτοῦ θέτεις τὸν αὐτόν.] Sunt hec communia praecepta de non cunctando. Recte Ouidius in hanc sententiam dixit:

Qui non est hodie, cras minus aptus erit.

Εγν.] Significat postremum mensis diem, significat etiam tertiam lunam seu perendinum diem, ut apud Aristophanem (quem Suidas citat) Τρόπει, ξετατέύξη καθεὶς εἶναι εἰλιθίης, οὐτὶ τοῦ εἰς ξετίτευ.

Ημέρα

Hu[m] d[icitur] λύγει οὐδέποτε.] Secundū præceptū est de aratro faciendo, & quando cædenda sit materia ad rem rusticam. Orditur autem à Chronographia.

Ιδίαλιμον καῦμα.] τὸ ἴδρωποιόν exponunt, id est, astus qui sudorem ciet.

Μετὰ δὲ πέμπται βεότε χρώσ. ] Id est, remis so astus respirat corpus. Nam propter astum & calorem corpus prorsus torpet, neque homines solum ita afficiuntur, verum etiam inanimata.

Δὴ γά τότε σειει & αἰσθά.] Sirius stella est in ore canis maioris, que cum leone supra terram subeatur, sic ut Lucanus in 10. testatur.

—Qua mixta leonis

Sydera sunt Cancro, rapidos qua Sirius ignes  
Exerit, &c.—

Deinde ubi Sol accesserit Scorpium, mane aliquantis per ante Solem, supra terram subeatur Heliaco ortu. Deinde orto Sole statim labitur sub terram. Ideo dicit Hesiodus nocte frui Sirium, id est, mane aliquantis per ante Solis ortum supra terram emergere, ac non commorari diu post Solis ortum supra terram. Nomen Sirius à σειειώ factum est, quod inflammare, a refacere significat.

Hu[m] αὐτοτά τη πέλεται.] Describit communum tempus secandi ligna. Durante enim hæc lon

go tempore, nec sunt obnoxia corrosioni: Hoc significat ad natum, id est, incorruptissima, a domo, id est, mordeo, que non mordetur a vermis.

Per ὄλμον τρίποδε, mortarium trium pedum intelligere videtur. Suspicor enim talibus mortariis ylos esse promolis.

Δωρε.) Graci appellant palmum, quod munerum datus δωρε appellatur. Id autem semper geritur per manus palmi. Vitruvius lib. 2.

Γύλε.) Id est, dentale, vocant lignum cui vomer inficitur, quod, tanquam artus continent corpus humanum sic dentale comineat vomerem.

Πείνιον.) Id est, lignum, est enim validissimum.

¶. Εὐτ' αὐτῷ ἀδηναίνεις.) Cererem vocat Athenaeam, quod ipsa Athenienses, atq; adeo omnes homines de frugibus docuerit. Potest tamen etiam vel ad Erichionium, vel ad Tripoleum referri.

Ελυμον.) Id est, buris, lignum longum est, cui inservit dentale. Locum Vergil. I. Georg. cum hoc confer, qui sic incipit:

*Continuo in sylvis magna vi flexa domatur  
In burim, &c.*

Δοιά δὲ Σέστιοι ἀργετα.) Indicat patrem familiās opacero bene instructum esse, ne quis casus per finopiam suppollicitū remoretur rusticum laborem.

Αὐτόγνων

Αὐτόσυον.] vocant cū vomer est insertus dentali.  
Ἄξιος. ἢ ab ἄγω venit, quod in præsenti in vnu  
non est.

Ἄξιον.] Quod non arroditur à vermicibus, nō sen-  
tient illos vermes. οὐc enim vermis ligni est.

Δάφνης.] Plinius numerat quoq; illa ligna in-  
ter ea quæ cariem nesciunt.

Βόε δ' ἐνναετήρῳ.] Cuiusmodi boues conueni-  
at agricolam habere.

Τοῖς δ' ἄμα τεσαρκούταιτης.] Habes hoc  
loco præceptum de ministro, qua hunc etate &  
mortibus prædicum esse oporteat.. Et si tantum in mini-  
stro requirit Hepodus, ut iuuenem bobus præficere  
noluerit, quanto minus Ecclesiasticis & Robus pub.  
præficeret.

Οκτάβλωμον.] Id est, otto morsum, ita tamen  
ut unum frustru habeat binos morsus. Βλωμὸς mor-  
sum significat.

Καὶ θητασθείν αλέαδει. ] Hoc Vergilius  
Georg. imitatus est hunc in modum:

Dum siccæ tellure licet, &c.—

Nam sera satio obest, neq; secunda satio canum com-  
modi habet, quantum tempestiva ilta cum robusta  
farra seruntur.

Πλοέειν αυτοίσιν. ] Est percelli & canquam  
attonicum reddi, gaffet.

Φεράζεσθαι δ' εὔτ' αὐδί.] Hac tenuis suppelletilem rusticam & familiam agricola portractauit, sequitur nunc quando sit arandū, & quoties sit arandum. Porro Poeta fingunt grues auolare in meridionalē regionem, in Aegyptum videlicet, ubi belligerantur cuncti pigmeis, ut est apud Homer. Illiad. lib. 3.

Ἄγτ' ἐπεὶ οὐδὲ χειρόβικος θύρα, τοὺς ἀτέσφατους ὄμβρους.

Verum Albertus scribit nō esse fabulosum, sed quod sint ibi monstra quædam similia hominibus. Imitatus est hunc quoque locum Hesiodi Vergilius in 1. Georgic.

Kεαδίνη δ' ἔδοξεν αὐδρός.] Id est, terret eū cui non sunt boues, properea quod iam instat tempus postrema aracionis. In dictione ἀβέττω longa breuem concipit; ut sapè supra.

Πνῖδιον γένεται εἰπεῖν.] Negligentiam & inscitiam rusticorum taxat qui non considerant quibus opus habeant, sed in alienam opem semper sunt intenti, id quod miserrimum est. Est autem iucundum cum primis in hoc carmine Σχῆμα περιεγένετο λόγῳ, quo confutat eorum rationem qui obijcere poterant: Si quid desiderabimus in re familiaris nostra, poterimus ab alio mutuo petere. Et respondet ad eam opera posse petere & negare aliquem.

Ab ἀπὸ & αὐτούρομαι compositum ἀπαντήσας,

δει, & significat denegare.

Nῦν οὐδὲ τόγύ οἶδ'.] Id est, ignorat quod lignis opus sit. Nam magna congerie bonorum lignorum opus est ad fabricandum currum.

Εὗταν δὲ τοπίον. ] Totus ille locus ad aratio nem pertinet, & est ad horario ut statim admoueat manum operi, non tantum famuli, sed & ipse pater familiās. Addit deinde signa & circumstantias, qualis terra sit aranda, siccascilicet et humida. Columela in hac sententiā inquit: Neq; succo careant, neque abundant vligine. Ita Hesiodus iuber siccā & humidam arare, id est, non lutosam, & tamen mafidam. Meminerunt quoq; huius precepti Plinius & Theophrastus.

Εἰας πολεῖς Θέρετρον.] Preceptum est de reliquo arationibus. Pingue solum solet quae arari, bis solem bis frigora sentit, sicut est solum Italicum. Qui verò tenuius solum babent, ter arant. Prima aratio est proscissio. Secundo arant mense Iunio ante solstitium, Latini iterationem, nos brachet vocamus. Postremo ante sementē aratur, hoc Latini iterationem vocant.

Νεὶρος δὲ αὐτεἰπεῖν ἔπι..] Adiecit preceptū quod interualla sine facienda agris quibus interspirent et quiescant, sunt enim multo feriores si permiseris interualla, quam sine interuallis. Estq; hic locus com-

mendatio noualis. Nam cū terra quotannis feren-  
do non sit defatigata, nec penitus exhausta, sit ut co-  
piosiorē fructū ferat & gravior quoq; sit. Est autē no-  
uale (testis Plin.) q; alternis annis seritur. Operāpre  
tium faceret studiosus puer, si qua sunt in i. Georgic.  
Vergil. cum hoc loco contulerit, ita fine negotio He-  
liodi sententiam poterit adsequi.

Αλεξιάρη.] Id est, pellens execrationem, solent  
unūm agricola maledicere quando fructus ex sonec-  
zia non proueniunt. Sic Hercules αλεξίχερος di-  
ctus est, quod dederit mala hominibus, & furor  
domitor monstorum.

Εὐχαριστηρία Διονύσου.] De sacrī faciēndis  
praecepit. Admonet superos esse precandos, ut ho-  
minum studia & labores bene fore unant. Idem facit  
Vergilius & Xenophon magnifice in Οeconomia.  
Quidam per correnum Iouem intelligi putant Plu-  
tum: ego verò eum puto, qui gubernat & regat cer-  
tana.

Ιερού.] Id est, aram. Alludit enim ad Eleusinia  
Cereris sacra, que Athenis fiebant, & vocabantur  
mysteria. Videntur autem mihi fuisse conspiracio-  
nes & fœdora, quibus se adstrinxerat ad ciuilia offi-  
cia ciues, hoc potest colligi ex Cic. ubide Eleusinijs  
sacrī disputat. Erant autē maiora & minora sacra,  
& bac sub autumnum fiebant. Porro fingunt Cere-

rem, cum per orbem quereret filiam, humanicor ab Acheniensibus receperam esse, & ideo illis hanc gratiam reddidisse.

Αρχόντως τὰ ἀρῶντα.] Circumstantia est quomodo sit arandum, nam supra dixit quando & quozies sit arandum.

Εὐδημον.] Lignum significat quod est proximum temoni, alioqui cor arboris hac voce significatur.

Μεσάβοιν.] integrum est, Poeta mesábov fecit. Julius Pollux lorū esse dicit quod boves iugo alligat.

Πόνον ὄπριδοσιν τιθείν.] Illa fuit absolucion sententiae, est autem solacium hoc quod à Gracis fieri sollet. In arando debet subsequi aliquis qui scanna, id est, maiores globas confringat. Vergil.

Multum adeo rastriis globas qui frangit in orbes  
Vimineasq[ue] trahit eraces, &c.

Et Plinius: Crato dentata, volcabula aratro annexa, quod vocant lerare, operientes semina. Haec descriptio agricultura non conuenit cum nostra.

Maxēn dicunt etiā hæcken vel bieke.

Δικέλην etiā Fæst. Vers locū de occasione huc refer.

Εὐδυμοντων γόργεσην.] Epiphonema est. Cresde mibi multum commodi ad fort industria. Homo ignarus vix unquam direscet. Solet autem sic poeta subinde spargere sentencias de diligentia, quod si ne ea nemo quicquam laude dignum efficere posset.

Adpōn.] μέχα παχύ Hesych. exponit, nos feyſt  
fruchtbar. Et eſſe ſenſus, ſi ita frēgeris glebas, ubi  
ita ſubegeris ſolum, ſpicae mulca vberate, ſeu (ut Co-  
lumella dixit) pinguedine nurent ad terram. Elea-  
gans pictura, ſeu ἔποιπτωσις buius carminis, qua  
rem ita deſcribit ut oculis planè ſubijciat.

Eī τέλθ ἀυτὸς ὄπιδεν ὀλύμπῳ.) Egregia  
haec ſentencia eſſe, quam nemo negare poceſt ex Pa-  
trum religione promanaſſe, ac veluci per manus tra-  
diām eſſe. Conuenit enim cum primo Decalogi prece-  
prio, quo iubemur Deum honorare, ac illi fidere. Ti-  
memus cum impia fiducia noſtri relictā, omnē ſpem  
in Deum collocamus, hoc unum cogitantes, ne in ro-  
bus proſperis inſoleſcamus, contra in aduerſis dei-  
ciamur.

Ad hunc modum Hesiodus Agriculturam, &  
quicquid eſt laborum nobis commendat. Vnde ut pra-  
ſe quifq; acriter in laborem animum intēdat, verū  
finem laborū, & ut nos vocamus benedictionem, non  
niſi à Deo expēctet. Quod si ille laboribus noſtriſ af-  
fulſerit, ac gratam auram commoda tempeſtate aſpi-  
rauerit, nemini dubium eſſe debet, quin ſuam quoq;  
labores adsequantur finem & huiusmodi felix meſ-  
ſis proueniat, ut (quemadmodum hic dicit Poeta) ſit  
ſteendam omnibus vafis repurgatis, quibus diu non  
firſtūſas.

Πολὺς

Πολιὸν ἔαρ.) Id est, Canum ver, Epibeton variis, quod adbuc ab hyeme & pruinis canescit.

Εὐωχέων.) cum ω in antepenultima scribēdum est, concipi autem rursum longa breuem, ut sāpe iam supra.

Ei δέκεται λίοιο ξοπῆς ἀεγόνες.] Aliud praecepū est, videlicet quod tempus sit vitandum, nec est quod ordo in praeceptis te magnopere moretur. Poteris enim per te fingere tibi vel hunc vel alium ordinem, siq; hoc secundum praecepum.

Τερπάς Græci omnes conuersiones uocant. Estq; ξοπὴ χειμελινὴ καὶ θερινὴ, id est, solsticium astiuū & hybernum, quod Latini raro solsticium, sed brumam vocarunt δύο τις βεραχείας ήμέρας ut Servius ait. Vocant etiā aquinoctia conuersiones, quia tunc Sol quasi conuertit se, & incipit descendere. Ita in conuersione hyberna, quando Sol longissime distat propter obliquitatem, tunc vertit se, & incipit ascendere, quia est statio Solis. Ideo monet non esse arandum sub Brumam.

Οἶστις δ' ἡ φόρμα.] Extenuatio est, Domum 42. portabis, non uebes, opus erit tibi calatho, non onusto plaustro, babebis enim multum culmorum, & parum granorum.

Φόρμός dicitur quicquid consumum est. Φόρμη stragulum factum ex iunctis, ein decken, biis

Ἄλλοτε δ' ἀνδρῶν ζητᾷς τόσας αἰγυπτίων.) Ter-  
tium praeceptum. Alio tempore sunt alia tempesta-  
tes, aliquando cito, aliquando serius ferendum, ut  
sinent tempestates. Quia nonnunquam differe Iupi-  
ter tempestatem, & quando nos felicissimum annum  
speramus, tunc deploratissimum experimur. Ergo  
Ioui committenda huius rei cura, ut perficiat ex sua  
sententia qua volet.

Eidēnev ὄψις ἀράσης.) Quartum praeceptum de  
sera aratione. Si autem serò araueris, hoc poterit es-  
se remedio, & verna aratio cum felix esse poterit, si  
pluerit ad certiūr usq; diem, ita ut pluvia neque su-  
peret vngulam bouis, neque destituat, in summa, ut  
impleat vestigia. Nā tum terra permadefit, & ver-  
na satio nihil infirmior fit autumnali. Et quia hu-  
mor est principium vitæ, ideo sic quod humor tam fa-  
cile non laedat quam siccitas. Esse autem pulchra pe-  
riphrasis Veris, cum iquit, οὐ μόνον καὶ νοσού-  
ζει. Cuculus enim veris tempus adesse cantu suo pre-  
nunciare solet. Et principes Saxonie hunc morem  
habent, ut qui prior arcu percussit cuculum, aure-  
um babeat.

Ἐν Δυμαδί εἰ πάντα φυλάσσεο.) Admonet  
rursus diligentia, solet enim subinde morales senten-  
cias aspergere, pricipue de sedulitate cuius usus &  
vio-

uis in omnes vitæ partes sese extendit. Nam ut res diligētias crescunt, ita socordia decrescunt. Iam cum nemo sit, quemadmodū Quintilian. inquit, qui non labore & diligentia sit aliquid consecutus, qua prauitas humana mentis est, aut que recordia, oscula, amicitia magis quæ dedecori hominibus est, quam diligen-  
tiam, ex qua nomen dignitasq; paratur, velle am-  
plicet? In studijs literarum homines docti socordia  
multa dediscent, ut est videre in Cicerone & Hor-  
atioso. Recte itaque Hesiodus facit quod tam dili-  
genter sedulit atom hominibus commendac.

Παρὰ θεοῦ χάλκειον Δῶρον. ] Nonet orationis tempore & cum negotia sunt expedienda, conuencicula & alias nugas relinquendas esse. Acque hunc locum, quia perutilis est, quibusdam circumstantijs amplificauit. Prior est quod quamvis nos simus cessa-  
tores, tamen tempus minimè cesserat aut ferierunt. E-  
am sententiam deinde repetit & auger ab effectu fa-  
mis. Siquidem tempus consumis, quod in opere faci-  
undo sumere tibi posuisses, fieri ut ignavia te in hys-  
me deprehendat, & fortiter cogaris esurire. Quod si  
famem vitare nō poteris, certum est quod in valetu-  
dinē aduersam incides & maxime in dolorē pedum.  
Solet autē frigus naturaliter tumorem afferre, quia  
sanguis frigore coagulatur. Aristoteles prima sedicio  
ne Problematum scribit famo diutina laborantibus

*pedes incumescere. Huc alludit Hesiodus cum iubet  
canere, ut fame tumefactum pedem demulcere nos  
oporteat.*

*Χάλκειον θέσκον.] Aeneam sedem, id est, tabernac-  
lum vocat, erant enim confessa in officinis ferrarijs.*

*Ἐπ' ἀλέα.] in locis calidi exponi potest. Quan-  
quam suspicor mendum esse in cono ut sit ἀλέα scri-  
bendum ab ἀλέομα τοιούτῳ, verū nolo quicquā mu-  
tare. Vsus est autem et supra ἄπι cum accusatio  
in ista significatione dum ait, ἄπι ἀπείρα γένεται.  
ἀλέόν verò locum sepidum in aprico sicutum signifi-  
cat.*

*Λέχαι.] Quondam dicta sunt conuenticula phi-  
losophorum, deinde, quia inter ipsos de rebus leuissi-  
mis plerunque agitabatur, factum est, ut λέχαι di-  
cerentur vulgo nuga. Suidas Homerum citans, in-  
quit: λέχας ἔλεγον δημοσίους πνὰς τόπους, ἐν οἷς  
χόλην ἀγοντες σκαθίζοντο παλλοι. δημορθοί.*

*Οὐδέλεις εὑδειν χαλκίον ἐς θλόμον ἐλθὼν,  
Ηέπτης ες λέχην.*

*Πόλλα δ' ἀεργούθητο αἰνῆρα.] Ignavia effectū pro-  
sequitur. Indigēs vir multa mala concipit in animo:  
fieri enim non potest ut mens hominis planè sit ocio-  
sa, itaq; varios dolos ac fraudes excogitare, hi qui re-  
sum inopia laborant. Vnde Columella recte dixisse  
iudicā-*

indicandus est, dum inquit: Homines nihil agendo  
malè agere discunt. Nihil enim usquam quicquam  
scelerum est, neq; vlla quantumuis pessima flagitia  
designantur, qua non ex ignavia veluti ex fonte pro-  
manant. Huius rei passim in omnibus ciuitatibus,  
pagis & vicis plura exempla quam numerari que-  
ant, à circulatoribus & decoctoribus eduncur, qui dū  
inanem spem (ut Hesiodus vocat) nimis diu fouere,  
candem ad furtar, latrocinia, & sacrilegia animum  
applicant. Quare, ut bac flagitia è medio tollantur,  
solus labor remedio esse poterit. Est enim per labo-  
rem aditus ad virtutem: per desidiā verò ad omnia  
genita flagitorum non aditus tantum, sed rectissi-  
ma via.

Δεῖνυτε οὐδὲ θύεσθε Θέρος. Ἡ Spargit rem in  
personas, atq; ita à temporis circumstantia auget. In  
media aestate certa opera præscribe. Sequitur ratio,  
quia non semper aetas erit. Haec sententia speciem  
proverbij babet, qua monemur occasionem temporis  
non esse negligendam. Et nota est fabula de formica  
& cicada. Quin & Germani vulgari dicto cesso-  
rum socordiam notamus cum dicimus: Post gratum  
Solis calorem, ingratum frigus experiemini.

Θέρος. pro θέρος Dorice.

Μήνα οὐδὲ Αντειώνα. Amplificatio est à tem-  
poris descripcione longiori. Describit enim hyematis

et est similis loc⁹ apud Ver. in Geo. copiosiss. tractat⁹.

Anvætris mensis Brumalis est, partim cadens in Decembrem, partim in Ianuarium. Luna Græcis menses faciebat, nō ciuilis ordinatio aut Sol. Porro Anvætræ Ianuariū esse apparet ex Gaza qui ait: Anvætræ dñe xix⁹ autōc nō ei Iarovaerion orata. Id est, Lineona autem & ipse norat Ianuarium esse. Lineæa enim Bacchi feriæ & Pythia sub id tempus agebantur, cū vini primicias libabant. Cōmentarius in Equit. Aristoph. cōtinet, adolescentes ea rēpore solitos fuisse circūuehi q̄ de plaustris conuictia iaciebāt.

Bēdōeg. ] Frigora vocat quæ adurunt & excoriant boues, sunt ea autem in mense Decembri cum maxima vis Aquilonis sentitur, cui Germani à frigore nomen fecerunt cum vocant ein schindt dent hengst, quasi dicas excoriatorē boum. d' ego Græcis excorio significat.

Πνοῦσαν & Βορέαο δυσυλεγέτ. ] A circumstan-  
tijs rē tractat, videlicet unde spiret Boreas, & quid  
soleat fieri cū spiret. Spirat aut per Thraciam, quia  
ad septentrionē Græcis Thracia sita est. Muleas quer-  
cus, altas abietes de mōre deiicit in uallē ad terrā. De  
inde auget ab habitu animantiū. Etiā feræ sœvitiae  
hyemis ferre nō possunt, quas natura munijt, quāto mi-  
nus nos. Τεχαλὸν d' è γέργυτα πίθαι. ] Distri-  
butione quadam hyemis incōmoda recenser, & aperte  
fimo

fime dicit incuruū senem Boreæ iniurijs obnoxium,  
quod hæc ætas omniū maxime gaudeat sole et fugiat  
frigus, vnde notū est illud: *Et apricos meminisse se-  
nes.* Periphrasticōs aut̄ virginem innuprā descripsit.  
quod opera aurea Veneris ignoret. Estq; diligenter  
obseruandū quod innupræ non prodibant in publicū,  
sed adseruabantur domi. Sed hæc cantilena non gra-  
ta admodum foret nostratibus puellis.

Λίπ'. ) Apocope est pro λιπαρές ἐλαίω, id est, pin-  
gui oleo. Nam postrema syllaba abiecta est.

Ηματι χειμερίω δτ̄ αβόσεθ. ) In hac descri-  
ptione hyemis & Polypi piscis mentionem facit. Cu-  
ius hæc natura est teste Plinio, lib. 9. cap. 39, ut fama  
laborans sibi pedes arrodat, quo maxima hyemis sa-  
uitia notatur. Et quia vehementer frigore leditur,  
lacet plurimum in antro suo, nec egreditur piscatum.  
vnde colligi quoq; potest in frigidioribus aquis non  
esse. Per aëstatem conuehit & reponit victimum, perin-  
de ut formica, testis est Theophrastus. Sunt autem  
polypi multæ species. Verum maxime cū illis cognos-  
tus esse videtur quos Albertus Ratis vocauit die  
rophen. Piscis magnus est, habens octo pedes, in qui-  
bus duo extremi pedes corniculidones habent, id est, con-  
cauitates, quibus nictur & affigit se his quæ prehendit.  
Vnde in Aulularia Plautus ait de auaris: *Ego  
istos novi polypos, ubi quid cetigerunt tenent.*

*Athenaeus* multos authores citat, qui scripserunt fame laborantem polypum in cavernis brachia sua rodere, cui sententiae & Oppianus & Albertus suffragantur. Sed *Athenaeus* & *Plinius* putant id accidere polypo à congris. *Hesiodus* verò hanc speciem arbo seor vocat, quod spinam non habeat, sed cartilaginem pro spina. Dicunt illum venari pisces mira industria, cum alioqui sit animal timidum. Verum ita comparatum est, ut illi consilio polleant natura, quibus robur est negatum.

(Αλλ' ἐπὶ κυανέων αἰδηψῶν.) Id est, Sol vereitur supra populum nigrorum hominum. Intelligit autem Ἀ Ethiopes qui sunt in Aþfrica, quorum etiam nunc quidam sub imperio Caroli Caesaris sunt. Κυάνεον Graci vocant quod nos cæruleum, lasum / estq; metalligenus, metaphorice pro obscuro & astro. Est autem sensus, Sol voluitur supra meridionales homines, nec diu moratur supra nostrum hemisphaerium, videlicet Gracie.

(Καὶ τότε δὴ περγοῖ.) Adhuc in byemis descriptione commoratur. Cornuta fere & non cornuta lugubriter frendentes per sylvas fugiunt.

Μύλη dencem molarem significat, à quo fit verbū μυλιώ, quod significat dentes incutio, strideo proper frigus. o litera interposta est.

σπύα loca arborib. cōfita sunt, Hesych. p̄ i scribit.

Γλαφυ

Γλάφυ.] *pro γλαφυεόν, apocope est, & significat 44. specum & concavitatem petrosam.*

Τόπος δὲ ξίπος: [Βεργαλίσαι.] *Est hoc loco pars delectatus enigmatis Sphinxis. Nam senes solēt in baculum incumbentes demissō capite incedere, & terram inspicere, unde & silicernij dicti sunt. His similes esse dicit feras, cum penuria victus laborantes proprietatem, undeque per sylvas discurrunt.*

Νίφα.] *Rursus Apocope est pro νιφάδα, frequens Homero.*

Καὶ τόπος εστιαδει.] *Versatur per omnes circumstantias corporis, & moneretur frigus arcendum crasso panno & multis pilis intertextis utendum esse. Greci verò usi sunt admodum honesto vestitu, quemadmodum & reliqui honesti populi Romani & Iudei Pallio usi sunt supratunicas, χιτωνъ vestis interior erat.*

Κέρκα.] *Accusatum est pro κερκίδα, & significat id quod subducitur, enim eyntrag. apud Pollucem in libro de vestibus.*

Ιτα τοι βίχεις αἴρεμέωσι.] *Id est, ne horreat corpus nimio frigore.*

Αλειώ.] *ab ἀλλειδαι, ut habeas quiddam quod arceat pluviam.*

Ψυχὴ γὰρ τὸ πῶς.] *Enumerat iam causas pluviae. Quemadmodum enim vapor ex olla in operculo*

repercussus in aquam resoluitur. Sic vapor ex terra  
in nubibus repercussus in aquam resoluitur, & dein-  
de decidit. Hanc etat aurem aer sata & arua, itaq;  
addit cōueniens epitheton πυεφόρος. Postea quid  
ventus sit dicit, nimirum nubium agitatio.

Τῆμος θάμνου βεστίν.) Bobus adseruandum  
esse dimidium pabulū, viro verò ut superfic aliquid  
in noctem scilicer. Nam Graci homines cancum cœ-  
nabant & largius quidem.

Επιρρόθεν.) Accurrere significat.

Ταῦτα φυλαξόμενοι.) Absoluimus hacte-  
nus descriptionem hyemis, nunc autem Veris descri-  
ptionem hoc caput continet. Estq; primum signū quā  
do Iuppiter sexaginta dies, id est, duos menses, Ianu-  
arium videlicet & Februarium confecerit, post bru-  
mam vel conuerzionem Solis, cum stella Arcturus  
nuncia veris primum apparere incipit. Esse autem  
Arcturus stella sub zona Bootæ: oritur Chronico  
ortu, id est, vespere initio Veris quando Sol ingres-  
sus est Arietem.

Τὸν δὲ μέταρθρον γόργον.) Aliud est signum veni-  
entis veris. Vide Ouidium in sexto Metamorphose  
os quare hirundo dicta sit Pandionis filia. Comperi-  
autem latere byemo birundines in nido suo ran-  
quam mortuas. Proinde non puco auolare eas. To-  
tam hyemem habent secum recencia sua. Reuiui-  
scunt

scant autem sub aestate. Quare iudico mirabile quod  
idem opus esse ac imaginem resurrectionis nostrorum  
corporum.

Tl̄eu φθάριψ οίρας.] Summa huius loci est  
quod tempore Veris sint amputandae vites, nec sit ex-  
pectandum donec maior astus aduenerit. Turgent  
enim tunc in palmite gemmae, nec potest esse sine peri-  
culo, si tunc putentur vites.

Οίρας.] Dicunt significare palmites, vocabulum  
vetus est, apud iuniores αὔπελος in usu.

Αλλ' ὅποτας φερέοιχ. ] Hoc præcepto messis  
tempus describit. Quando astus, inquit, cœperit esse ve-  
hemencior, ita ut querant humidiora loca testudines  
cum falx erit acuenda & seges demetenda. Est autem  
omnino tempori superior messis Gracis quam nobis. Sunt  
enim illi magis ad Orientem & meridiem quam nos.  
Quare variant hæc præcepta, nec ad singulas regio-  
nes accommodari possunt.

Φερέοιχ. ] Epitheton testudinis est, dicitur  
enim domi porta quod aedes suas circumferat. Nota  
est fabula de testudine quæ sola domi remansit, cum  
reliqua animaria omnia suauissimis epulis lous ac  
cipiebantur.

Σκαφὸς. ] Instrumentum est rusticum apud Pollucem.

Φιύγειν δὲ σκιεροὺς θώκους. ] Vides quam non  
possit Poeta sedulitatis obliuisci. Prohibet enim

tempore messis somnum ad multam lucem esse pro-  
trahendum, quod eo tempore reponenda sunt quibus  
in hyeme fruamur. Nam qui ad auroram atque in  
medios id temporis dies stercere voluerit, miserā pra-  
fecto vitam trahet, ubi hyems sui memoriā nobis in  
animum semel cæperit reuocare, ibi cum licebit ex-  
periri verissimum esse cicadae & formicæ apogum.  
Plurimum & venustatis & utilitatis hæc sententia  
habebit, si quis ad studia literarum traduxerit, cum  
illa cessatorem minimè requirant, & qui in multam  
lucem quotidie stertat. Adiecit deinde, ceu Gnomas  
quasdam optimos versus, quibus matutina opera ho-  
minibus commendat, & dicit auroram tertiam ope-  
ris partē absoluere. Item eos qui mano surgunt plu-  
rimum promouere quoscunq; labores suscepereint. Po-  
stremo etiā boues facilius ferre matutina opera quā  
meridiana. Experiuntur etiam studiosi bonarū li-  
terarum Auroram Musis esse amicam. Quare dili-  
genter has sentencias obseruent & medicentur hi qui  
animum ad literas applicuere, quiq; parentum &  
amicorum expectationi æquissimæ satisfacere volent.

Hu[m] & Δέ σκόλυμός τ' αὐτοῦ. IÆstatis à Solsti-  
cio descriptio. Primum ponit prognosticum maximi  
estus, deinde quid faciendum sit. Græci post Verba-  
tim incipiunt messem. Deinde sequitur solstitium e-  
stivale, sunc nos habemus messem.

Σκόλυ-

Σχόλιυμος.] *Carduus dicitur flore purpāreō, quo nomine & reliquæ species censēntur, ut sunt Palīri, Chamæleones, Acanthi.* Vide Plin.lib.20.cap.23. & lib.22.ca.de carduo.] *Venerem stimulare in vino, Hesiodo et Alcæo testibus, qui florente ea cicadas acerrimi cantus esse, & mulieres libidinis audiſſimas virosq; pigerrimos in Venerem scripsere.*

Ἐπεὶ πεφαλεὺ καὶ γένατε.] *Ratio, quare hoc 46. tempore viri debiliſſimi sīc, & mulieres laſciuissime, quia color resoluit totum corpus hominis, ergo laſduntur magis astu quam frigore viri.*

Καὶ βίβλιν οἶνον.] *A Biblia regione Thracie Biblinum vinum dictum esse Athenæus scribit lib.1. restatur autem dulce fuisse, atq; à Siculis Pollium vinum dictum esse. Et Homerus non uno loco testatur Thraciam nobilia vina habuisse.*

Μάζα τ'.] *Libum lacteum intelligit ex recensi lacte, siue lac coagulatum. Nostri homines vocant eum ziger. Deficiunt autem lacte nisi mulgeantur caprae, iuxta Vergil.*

*Quā magis exhausto ſpuma uerit ubere multa,  
Lata magis pressis manarint ubera mammis.*

*Icem caprae vincunt copia lactis oves, laudaturq; lac caprarum plus in libo quām ouium. Poterit & hac buius loci ſenentia esse, quia ſub Autumnū ſatim admittuntur caprae ad conceptum, & deinde de-*

ΣΒενυρδηων.] Æolica dialectus est cum a sit  
interposita, quasi dicas extinctarum aut non lactan-  
tium.

Kai βός ὑλοφάγοιο χρέας.] Vitulinā carnem  
intelligit, quae non improbat sana esse homini. Cæ-  
terum enixa bouis carnem non laudat Poeta.

Περταγόνων.] Illa enim caro est valde lauda-  
ta quod facilis sit concocta. Estq; in aestate istis cibis  
utendum qui facile concoqui possunt. Itaq; & huius  
mentionem hic facit Poeta.

Αἴδονα φίνον.] Vel à calore dixit, quod adurit  
faciem, vel à colore. Laudantur enim magis aestate  
rubra vina quod pinguiora sunt & magis alant cor-  
pus. Cæterazenuiora sunt & facilius penetrant.

Αὐτίον Διεργίας αἰώνιος.] Inter cæteras volupta-  
tes non postrema est si quis in aestate sub umbra gra-  
tam auram capret, ita ut facie versus leviter susur-  
rantem ventum vertat. Intelligit autem hoc loco Ze-  
phyrum, quod Euri, Boreæ & Zephyri aestate sine  
temperati. Auster verò plerumq; noxius est, tam a-  
estate quam hyeme. Erit maior bac voluptas si adfue-  
rint riuali perpetuo scaturientes, quibus semper mul-  
tam delectati sunt Poetae.

Αἴδολων.] οὐδὲ άίδολος qui sit sine limo, aut  
qui non sit luculentus.

Τεὶς ὕδατῷ περιχέειν.) Consuetudinē Gra-  
corum obseruabis, qui nunquam merum uinum soliti  
erant bibere, verum semper vinum aqua diluebant,  
νι testatur Athenaeus lib. 10. qui hanc consuetudinē  
diluēdi uini fuisse dicit, ut ad duos vini cyathos, quin  
que aqua adderent, alicubi & ad quatuer vini cya-  
thos, duos aquæ. Ex Menandro citat Athenaeus.

Καὶ τοι πολύγ' ἔσθ' ἕδιον, τὸ γὰρ αὐτὸν

Ἐπινον τρεῖς ὕδατῷ, οἵτις δὲ τὸ μόνον.

Sic Athenaeus:

Καὶ Διοκλῆς ἐν μελίσσαις, πῶς δὲ καὶ κακε-  
ιδόντων τίνειν τὸν οἶνον δέντι καὶ τέττασσαν δένο. ἕδι-  
ον καράσις αὕτη παρὰ τὸ ἔσθος ἔσται ἐπέμπτον τὸ  
χαράκη τὴν Θρυλλαρέδρην παρειμίαν, οὐ πείπει τι-  
νειν τὴν τείχα καὶ τέττασσα. οὐδὲ δένο φεύς πείπει τὸ  
τι φοστὶ δέννιν οὐδὲν τοῦτο φεύς ξεῖς.

Apud Locrenses erat capitale, vinum bibere ijs 37.  
qui erant in Magistratu, nisi Medicus iussisset. Itē  
Romani adolescences non erant soliti vinum bibere  
ante viceustum annum, & Scyphico bibere dicebant  
merum bibere, quasi barbaro, ut quibus sint robora  
validiora. Sic bibit apud Homerum Polyphemus  
Odyssæ I.

Περιχέειν.) Infinic. pro imperatiuo, sic ἔρδυ.

Διμῶν δὲ ψαύειν Δημήτερ. ) Scrutatio  
deinde ordinem Poetae, ut à Vero describeret quicquid

singulis anni temporibus fieri conueniret, nunc subij  
cie praeceptum de tritura quæ sit in mense Augusto,  
cum mane oreu Heliaco paulisper ante Solem emer  
gens Orion cernitur. Vergil.

*Et medio rostas æstu terit area fruges.*

Addit locum in quem sit reponenda area, nimi  
rū qui sit ventis expositus, & quia fruges debent tor  
seri à Sole, ergo necesse est locum esse expositum Soli.  
Eadem verba sunt in Varrone de re rustica quæ bie  
sunt Area, inquit, sublimiori loco qua perflare possit  
ventus. Alij intelligunt area bene aquata. Solebat  
enim Cylindro aquari, ut est apud Vergil. nec abi  
impingerent. Verum Varro rotundam esse dicit, huc  
ego sequor. Vsi sunt equis aut bobus in trituratione  
qui tabulas trahebant, & ita excutiebant grana.  
Vnde illud est in sacris literis: Boui trituranti non  
obligabis os.

*Μέτρον δὲ εὐχομέναται.] Monet mensuran  
das esse fruges, ut sciat agricola quantum ex agro  
vedeat.*

*Θῆτ' ἀστικὸν ποιεῖσθαι.] Conducendum suader  
mercenarium aliquem, qui possit rebus domesticis ua  
care, qui non habeat multa quæ sibi ipsi domi agat.  
Fieri enim nō potest ut multa simul bene agere pos  
simus, inquit Xenophon. Eadem ratio habenda an  
cille, ut nō habeas liberos. Subiectis deinde præceptū  
de Ca-*

de Cane quem vocamus Custodem rei familiaris. In hoc alendo admonet sumptibus non esse nimium parcendum, quia obseruet ne fures clanculum intrent in ades domini, ac surripiat quippiam. Graci trifariam canes distinguunt, idque ab officijs, sunt enim iuxta rixoi quos nos indagatores vocamus, canes uenatici, nobilibus & diuitibus admodum grati qui venatio ni operam dant. Sunt rursus qui oīxwēgi vocantur, quasi dicas custodes aedium. Agunt enim excubias preforibus; & de his Hesiodo hoc loco sermo est. In certio gradu sunt Melitaena xuwid'ia, id est, Melitae catella nulli retrorsiles, praterquam quod in deliciis sunt prædiuicium matronis. Vnde etiam in proverbium abierte de delicatis.

*Kapχaeōd' ouτa.)* A sono factum esse videtur, epiceteron canis. Sunt enim asperimis dentibus, & omnium firmissime retinent, qua sunt semel intra fasces recepta.

*Φείδ' eo.)* ou in eo mutatum, & rursum eo in ou si sit opus. Est enim eadem ratio dissoluendi que contrabendi.

*Hμεέρχοιτθ.* qui interdiu dormit & noctu ambulat, quod fures solent. Suidas furem & pisces significare ait.

*Xόρτον δ' ἐσκομύσαι καὶ συφερτὸν.)* Quod de cane dixit, item de bobus & mulis intelligi deberet. Neque

que enim conuenit parum liberalem esse erga eos quo-  
rum opera in colligendo victu plurimū sis usus. Mo-  
net itaq; Hesiodus in annum victum paleas &c. fœ-  
num comportari debere, quibus hoc quoq; subindicat  
Agricolam nō oportere studiosum esse etaniū frumen-  
ti, sed etiam aliarum rerum viliorum. Ferè sic enim  
ut quires in specie nullius precij negligat, etiam res  
maioris precij sensim incipiat fastidire & amittere.  
Et notus est Senarius:

Εἰ μὴ φυλάσσῃς τὰ μίκρα, δύπολεῖς τὰ μείζονα.  
Διμάσας αὐτοὺς φίλα γένεσαι. Feriandum  
esse à labore nō tantum homini, verum etiam pecori.  
Sunt enim recuperandæ vires, alioqui nemo tam fer-  
reus esse poterit, qui sufficeret continuis laboribus, iu-  
xta illud Nasonis:

Quod caret alterna requie durabile non est,  
Hæc reparat vires, fessaq; membra leuat.  
Et sacræ literæ præcipiunt ferias esse habendas à la-  
bore, quas qui negligerent avaritia exagitati, indi-  
gnos esse benedictione Dei. Et nos docemur experi-  
entia haud temere ad ullam frugem aspirare eos,  
qui in prescribendis laboribus admodum sunt libe-  
rales, & in supputando victu & otio à labore plus  
aquo tenaces.

Avaγθεῖτ.) Scilicet fac, aut ut sit infinitius pro  
indicatio, refice, recrea famulos. Et quia genua fess:  
sis la-

fis labants & fatigatio maximè in his sentitur, ideo dixit famulus chara genua esse reficienda.

EUT' αὶ Ηὲιω ργὴ ΣείειΘ.] Posteaquam ordine descripsit anni partes, & quid singulis fieri debet, nunc subiicit caput de autumno & vindemia. Hunc ordinē Colum. imitatus est & Plin. aliquando. Oritur Arcturus mane cum Libra mense septembri, quo tempore mane medio cælo sunt Orion & Canis nō procul ab occasu, cum est vindemia facienda. Addit descriptionem facticij vini, in qua rationē faciendi vuas passas complexus est. Vide Plin. & Columel. Coquunt primum vuas aliquantisper Sole, postea exprimunt vinum & in lacum subiiciunt.

Συσκιάσατ. ] à συώ & σκιάζω compositū. Inteligit autem ex aprico in locum nō expositum Soli afferendas esse.

Πολυγν. ΘέΘ.] Epicheron Bacchi, quasi dicas letificantis. Exhibilat enim vinum homines & nostra sunt Bacchi Encomia apud Poetas que hic fiant, Ut Vergil.

Adhuc latitie Bacchus dator.

Αὐταρ ἐπλεύση. ] Redit ad arationem & ad byzem. Sunt verò ea repetenda qua supradictione diximus. Nam pro qualitate & natura solis proscinditur ager. Feracius solum ut minimum ter arari solet. Iam mense Octobri mane cū Tauro occi-

dūs Pleiades & Hyades, item Orion, sed principiō noctis rursum apparent. Pleiades sunt in postrema parte Tauri, Hyades verò in fronte quas Latini sụculas vocarunt. Atq; ita absolvit Poeta annum, quid in vere, quid in aestate, quid in autumno, quid post autumnum, quid Hyeme faciendum sit. Nunc de nauigatione præcepta quædā subiicit, quia fuit illis familiare deuehete fruges & merces quæ admodum etiam alicubi in Homero videre est. Constatbat autem veterum negotiatio potissimum in permutacione mercium, & ideo Hesiodus præceptra tradit.

Ei δέ σε ναυπλίνε δυωτιμφέλε.] Prohibet sub Autumnum esse nauigandū cum Pleiades occidunt proprie tempore maris, insaniunt enim venti, & quemadmodū Vergilius ait, Qua data porta ruunt. Ceterum post de aestiuua nauigatione dicet, & hanc probat, Orion in sequentis gestum exprimit in ipsas Pleiades, ideo dixit πληιάδας φεύγειν. His gestibus amplificat orationem.

Δυωτιμφέλε.] Epitheton nauigationis est. Sensim enim quam sit periculose & difficile in alieno elemento versari qui aliquando se credidere flūtib; Haec vocem compositam esse puto à δύση γράμμη, vel quod agrè remittat afflictos, vel quod sape non remittat nauigantes. Varia queritur Etymologia

*thologia huius vocis, sed tamen non sunt usque adeo  
anxie querenda, quod tantum ad docendum compo-  
sitæ sint.*

*Hēgeidēa.] Quia habet speciem aeris.*

*Ἐπ' ἡπτεῖρ. ] In continentem, id est, littoralem  
terram. Inde Epirus.*

*Xeíμαρον.] Aquam ex imbre collectam.*

*Nnὸς πλερ. ] Remos intelligit.*

*Πινδάλιον.] Gubernaculum nauis, clavum.*

*Ωραιον πλόον. ] Scilicet cum iam Ver exa-  
sum esset.*

*Ωαυερέμός τη πατήρ καὶ οὐδὲ μέσα ρύμε Πέρων.*

*Exemplum adiecit Hesiodus patris, quo ostendit  
quatenus probari queat nauigatio, et dicit paupertas  
se patrem fuisse compulsum, quæ nihil non hominem  
experiri doceat, quod insticuerit mercaturam. Ne-  
mo enim eos laudat, qui cum beate possent in patria  
viuere, vlerò se periculis exponunt. Et Hesiodus ne-  
gat ex Asia profugisse parentem sicut plerique ciues  
qui propter inuidiam ex opibus conflata in turo ma-  
nere non poterant, Non, inquit, illa caussa fuit, sed  
victum quarebat.*

*Kai τῆς ἡλίδε. ] Significat hic se in Ionia natū.  
Magnum mare vocat Ægeum mare. Æolicam Cu-  
mam ideo vocat, quia Æoles eam condiderunt. Sic  
esset in littorali Asia.*

48. Αφεις.] Diuitias significat. Propriè tamen redditus qui quotannis redeunt, siue anni reditus: singunt autem venire ab eis cito.

Αλλοὶ γάρ λέπτεντες ζεῦς αὐτὸν δίδωσι.] Hic locus ad prouidentiā pertinere videtur cum dicit Iouem hominibus dare paupertatē, quia sāpe accidit ut etiam boni & optimi viri sint pauperes. Hunc locum Aristophanes in Pluto diligencissime prosequitur, apud quem, quæ opus sunt ad banc rem, requiras.

Νάωσαν δὲ ἄγαχ' Ελικώνιον.] Describit nunc patriam suam Poeta, & dictum est iam sāpe fuisse pangum ad radices Heliconis ubi habitauerit Hesiodus & quod Pausanias scribat ipsum fuisse in Helicone sacerdotem Phæbi & Musarum. Non incommodo hic versus παρειμακῶς possit usurpari, in quo busiusmodi laudes patriæ sua enumerat, ut nulla ferè anni parte commendari queat, Hyeme, inquit, mala est, æstate difficilis & incommoda, breviter nunquam bona. Ouid. huius facit mentionem.

Eſſet perperuo ſua quām vitabilis Aſtra  
Ausa eſt agricultor Musa docere ſenis.

Τυών δὲ Πέρση ἔργων.] Cum in omni re tempori ratio habenda sit, Tu vide ὦ Πέρση ut ſuo que que tempore facias: alia enim alijs temporibus conueniunt.

Νηὸλιγλω αὐτοῖς.) Locus Rheticus est, vittatur verò Antithesi, in qua aliquāndiu commoratur, & commendat nobis denuo mediocritatem, & dicit non frustra esse si quis magnum questum facere velit, ut onerarias nauis sibi comparet, & fieri non posse quin ex copiosa merce, copiosum quoq; & magnum fructum quis auferat, tamen si quis rem ipsam recta via secum reputet, sis proculdubio deprehendat res paruas plus solidæ babere voluptatis ac securitatis, quam res in speciem magnas. Et enim omnibus in rebus ceterior mediocritas. Vocamus autem actuari as, breues & minores naues, in quibus homines vobis folent tempestate ingruente. Onerarias verò maiores, in quibus onera deportantur.

Δείξω δέ τοι μέρα πολυφλοίσβοιο θαλάσσης.) Occupationem adiecit. Tradam tibi praecepta nautica, et amersi non bene periculus famrei nauticæ. Si vobis lueris debitum effugere & iniucundam famem, ostendam tibi modum quando commodum sit nauigare, & quando non commodum, licet nauigationis peritus non sim.

Λιμὸν ἀπόρπη.) Famis proprium epitheton. Nam ut dici solet, præter scipsum cætera omnia dulcat fames. Et Homerus eleganter veneris importunitatem describit in Odys.

Πολυφλοίσβοιο. (Fictilia nox est, quæ usus poeta

per an tono masiam pro stridenti mari, φλοισθὸς ο-  
νιμ nibil significat.

Σωφίσματά .) Peritus. Nam σοφίζομαι εἰ-  
doceo. Inde Sophista simpliciter doctorem significat.  
Deinde ubi illi se verterunt iu in anem ostentationē  
vocabulum cœpit in vicio esse, sicut Tyrannus.

Εἰ μὴ ἐς Εὔβοιαν Σὲ Αὐλίδα .) Subsequitur  
nunc occupationem histeriola, in qua commemorat  
quomodo vicit or ex iterit carminibus in Calcide, et  
Musis suis in Helicone victoriale præmium dedica-  
rit, ut dignum erat homine Poeta. Aulis ciuitas lit-  
toralis est in Boeotia, non procul ab Heliconе, neq;  
procul fuit ab Aulide in Eubœam. Conuenerunt au-  
tem Graci in Aulide cum essent profecturi in Phry-  
giam. Vide Iphigeniam Euripidis.

Σαλχίς est urbs celebris in Eubœa, hodie Nigra  
pont vocant, non multò ante à Turcis magna vi ex-  
pugnata. Apparet sanè Hesiodum Homero posterio  
centum ferè annis fuisse, proinde cum eo in hoc  
cognovisse non certauit.

Τείποδ' ὠτόεντα. ) Id est, tripoda auritum, A-  
choneus author est tripodas significare pocula, non  
nunquam mensas, & sellas quoque. Puto eum bic lo-  
qui de poculo quod aures habere soleat & tres pedes.  
Vocant autem Graci ansas aures, quemadmodum  
Germani quoq;.

Αρέθηνα.) Id est, reposui, consecraui, vel dedicauis, hinc assecūmus.

Επίβοτα.) Nam Βιβάζει εστι statuere, & tanquam gressus regere, usus est Homerus in secundo Iliados.

Μέσαγ ρωμέδιδαξαν.) Significat diuinitus esse doctos poetas, quod hi qui egregium quiddam in poetica efficere voluerint, opus habeant furore poetico diuinitus inspirato quem furorem recte φυσικὰς απέτας dixerunt. Et Homerus elegantissime huiusmodi iudicium in homine, & hunc motum qui existit in Heroicis animis, auream catonam cælo demissam esse dixit, significans singularem quandam vim superacptum communem vulgi diuinitus dari.

Ηματα περιήκοντα μηχανὰς.) Aliud caput 49. de astiuanauigatione quam probat & dicit sub finem aestatis tempore calido esse nauigandum, tamen enim non facile perire homines, nisi aliquo singulari malo pereant.

Ἐν Τοῖς ρώτοις ὅτινοις ἀγαθῶν τε κακῶντες.) Proverbialis est hic versiculos et ualde pius, quo ad monemur bonitati diuinæ adscribendū, si quem prosperum successum rebus nostris videmus, acq. hoc nomine gratias Deo quoq. agere, ne ingratitudine nostra offensus finem imponat bonitati erga nos, ac deserat quos prius fuerit amplexus & tutatus. Rursus

si quando mole multorum malorum premimur, non ita frangi oportere & deisci animo, ut non speremus Deum facile finem impositurum omnibus istis malis. In hanc sententiam apud Homerum grauiissime multa dicuntur. Potest & proverbialiter in eos accommodari qui omnia possunt.

Mn̄ δὲ μάρτιον οἶνόν τε νέον καὶ.) Adiecit praeceptum dignum memoria, videlicet tempestine esse rea deundum domū. Nam oculus Domini pascit equū, ut dici solet. Et est hac causa quare melius sit illam nauigationem ante autumnum confidere. Quia non solum nouum vinum soleat remorari institutam nauigationē, verum etiam autumnales imbres & tempestates quotidie impendentes, & quod sauisissimi fastus austri ut maxime tum insanians. Itaq; minimo tutum est tum se velle mari committere, & commodam nauigationem propter pocula noui vini inseguire.

Xειρός διπλότοι.) Tempestatem sequentem, vel impendentem, sic quoque in oratione dominica, ἐπίκρατη dies dicitur dies impendens & subsequens. Noctis vencus est pluialis, votīc enim humorē significat.

Αλλος δὲ εἰαιστὸς πέλεται πλότος.) Praeceptum est de verna nauigatione quā à signo describit. Quando erumpunt primum, inquit, ex ramis aut arboribus

boribus germina aut flores, idq; quanū est vestigiū cornicis, sum est mare meabile. Addit tamen corre-  
sionem qua deinde peruenit in locum communem  
quod omnia obedient pecuniae. fateor mare esse nauigabile verno tempore, at qui ego laudare non possum,  
propter variam tempestatem & pericula quæ nauigantibus ita instant, ut aliquis difficilime effugiat  
malum. In causa est stultitia humanae mentis qua  
etiam ipsum perimus cælum, neque quicquam inac-  
cessum relinquimus.

Χρήματα γένεσθαι πέλεται.] Gnomica senten-  
tia est quarationē complectitur, cur homines in tan-  
tam stultitiam incurvant & dicit hoc pecuniam pos-  
se quam homines pluris faciunt quam animam. La-  
te patet huius sententiae vis, in qua explicanda mul-  
tum opera doctissimi quiz, cum Latinoru, cum Gra-  
corum sumptere. Et paucissimi sanè sunt qui secum  
expendant in quanta mala funesta pecunia miseris  
ducat.

Mnōd' ἐπὶ ννοσίν απάρτα Β' ον. Id est, ne semel go.  
abducas in discrimen quicquid est rerum tuarum,  
nec omnia nauibus cōmicias, sed retine quadam &  
viliora impone, ne si nauem fregeris de coto victu pe-  
ricliteris. Generaliter verò mediocritatis laudē con-  
tinet, quam qui seruant, nec nimiū ditescere studēt,

fit ut semper habeat unde vivant, cum alijs qui omnia  
in quæstum producunt, de tota refamiliari, vel au-  
genda vel amittenda incertam aleam fortunæ co-  
gantur subire.

*Δεινὸν δὲ εἰς ἐπί άμαξαν.]* Adiecit similitu-  
dinem ab onusto plaustro ductam. Perinde enim ve-  
si quis supra currū, immensum onus ponat cuius mo-  
lem axis sustinere nequeat, fieri non potest, quia  
cum magno dispendio omnia onera imposita dissi-  
pensur. Iia in nauigatione quoque usu venire, ut ni-  
mium multa rebendo periculum accersant & nihil  
perficiant.

*Μέγα φυλάσσεται.]* Concludit nunc Epipho-  
nemate generali, et dicit modum esse seruandum. Et  
quia supra de mediocritate multa diximus, repetas  
ea qui voleat.

*Καιεὶς δὲ θητὴ πᾶσιν αἴρεται.]* Occasio siue op-  
portunitas optima in omnibus rebus.

*Ωραῖος δὲ γυναικα τὸν.]* Preceptum de con-  
iugio. Tempestiuè ducas uxorem, dum adhuc res in  
regræ sunt & florent, non in extrema senecta quan-  
do effætæ frigent in corpore vires. Plato & Aristote-  
les de hoc tempore disputatione, nam circiter trigesi-  
num annum sunt confirmatae vires & maturuerunt.

*Τέτορα.]* Duale est, & significat quatuor. Julius  
Pollux exponit pro quatuordecim, & quinco pro de-  
cimo-

cimoquinto anno, id est quinto supra decimum. Aristoteles & Plato constituerunt puellæ decimum octauum annum nubendi. Præcipit autem Hesiodus adolescentulam esse ducendam ut castos mores imbibere queat et adsuescere ad mores mariti, quod frustra expetet quis ab anu. Ibi enim nulla similitudo morum est, ergo nec ullâ amicitia, et tamē operari ut sit similitudo quadā vitæ in coniugio, quia Iureconsultus dicit esse individuam societatem. Aristoteles recenset in Œconom. hunc versum.

Μὴ γεῖτοι χαράστα γύναις. ] Id est, ne vicini gaudia & ludibria ducas propter tuum infortunium & malum, nempe malā uxori. Et χαράστα exponunt ludibria, hoc est, ne iocus fias quod tandem duxeris uxorem. Nam vicini cuiusq[ue] produnc ingentum.

Οὐ μὴ γέδο τὸ γυναιχός. ] Commendas bonam mulierem hic versus, quam etiam sacra literæ non vulgariter prædicant.

Δειπνολόγης. ] Comeſſatrice qua passim adeat conuiua. Suidas Δειπνολόγον exponit κλεπτοτερόχον.

Ηγ' αὖ δέ οὐκ ἔφενεν. ] Efficit ut etiam validus vir ante tempus senescat, utique sine face, id est, clam, etiam si fortis nibil appareat. Vocat autem crudam senectam qua tempestuosa est. Sic Verg.

*Cruda Deo viridisq; senecta.*  
*Galenus in libro de cōseruanda valetudine dicit esse*  
*triplicem senectutem, Primam vocari crudam, &*  
*qui in ea sunt ωμογέρας dici. Secunda est circi-*  
*ter annum sexagesimum, qui in ea sunt γέρας dī-*  
*cimus. Tertia est decrepita, qui eam attigerit nūc*  
*τιλος vocamus.*

*Evei.] Exiccat, vriu, &c. Dicitur etiam āvei, v-*  
*trunq; est apud Homerum.*

*Ἐν δὲ ὅπιν ἀθανάτων μαρτύρων.] De religione.*  
*Cole Deos religiosè & obseruantur. Ica enim omnia*  
*prospere succedent. ὅπις curam & respectum signifi-*  
*cet proprie.*

*Mn̄ δὲ καστρυντῷ Ιοον.] Hoc praeceptum ple-*  
*nūm humanitatis est & significat nullam amicici-*  
*am, nullam necessitudinem præponendam esse san-*  
*guinis coniunctioni. Cic. li. i. ad Atticum, Posteaquā*  
*à fratre discessi, neminem pluris quàm re facio. Es*  
*verò à natura et diuinitus homini inspiratū, nullam*  
*esse sanctiorem coniunctionem quàm fraternā. Quod*  
*si verò alium tibi adiunxeris, sunc vide inquit ne sta-*  
*sim te sciungas ab illo, quia non multum conducit no-*  
*mos amicos habere.*

*Mn̄ δὲ φεύδεται γλώσση χάει.] Hoc est,*  
*ne præte feras benevolentiam simulacrum, nec aliud*  
*fentias & aliud dicas. Hac est germana exposicio,*

nec est ita accipiendum, ut χάριν χειρίστεον intelligas, sed ne simules, ne præse feras linguae quandam gratiæ, ne benignitatem linguae ementiaris.

Hn̄ ēn Θεῖπων) Si quis aut verbis offendet alium, aut manibus vim inferet, memor sit quod retaliatur iniuria multipliciter. Nullum enim malum impunitum.

Ei δέ εἰς αὐδίς.) Aliud præceptum, Sic ne admittendus denuo sis qui amicitiam violauerit, & cupiat nobiscum redire in gratiam. Respondet esse recipiendum, quod satius sit redire in gratiam cum amico veteri, quam nouos subinde amicos adiungere.

Σὲ δὲ μή τε νόον καταλεγέντεο εἰδέθε.) Tamen mentem ne coarguat vultus, id est, ne vultus præse ferat iracundiam & similitatem, sed vide ut ex animo eiuscias omnem memoriam pristinarū iniuriarū, nulla sit significatio offensi animi. In summa sanciatur ex animo αύγουσια. Nam nihil illiberalius, nihil dishonestius est quam similitatem alere, estq; alienum ab omni humanitate. Nulla unquam fuit causa coniunctio hominū quæ nō offensi aliquid senserit. Et cum Ouidius dicat Orestem cum Pilade in gratiam rediisse, nemo eiusmodi illiberalis ingenij sit, ut propter inuerteratū odium, viam amico in gratiā redeundi præcludat. Hoc præceptū diligenter inculcas,

*Hesiodus, quod amicitia sit necessaria in rebus humanis. Sumus enim nati ad societatem. Ergo qui afferit amicitiam, afferit societatem. Et Nl. Cicero inquit, Noq; caelo, neque aqua, neque aere nos vii frequentius quam amicitia.*

*Σὲ δὲ μή.) Accusatiuus prodatio, Attice.*

51. *Mὴ δὲ πολύζεινον μὴ δὲ ἀζεινον.) Vtraque extrema liberalitatis fugienda esse monet. Est enim prodigus & exhaustus facultates omnes, qui crebro vult conuiuari. Contra sordidus est qui nemini suis communicat, & qui suum ipso defraudat genium. Ex prodigalitate homines decoctores veniunt qui inuolant in bona aliena, ex sordiditate inhumanitas nascitur, ut neminem amicum habeas.*

*Mὴ δὲ κακῶν ἔταιρον..) Admonet malorum consuetudinē esse fugiendam, Corrumpeunt enim bonos mores colloquia prava. Proueniunt autem duo mala ex malorum commercio, primum, quia nos induimus mores istius qui cum vivimus. Secundo etiam famam propriam prostituimus, quia etiam si non corrumpatur quis, tamen homines iudicant nos corrumpi, quia & proverbium dicit, Claudio vicinus claudicat & ipse breui. Ergo malorum consuetudo est vitanda.*

*Mὴ δὲ λῶν νίκησῃς.) Id est, ne facias concilium bonis, quia virtus est bonore afficienda. Sans autem*

autem pessimi omnium hominum, qui egregia viris  
si non tantum honorem meritum auferunt, verum  
etiam de virtute bene meritos conuicijs proscindunt.  
Huiusmodi conuiciatorem principum & honorum  
virorum describit Homerus Iliad. lib. 3. Et consolari  
debet bonos quod impossibile sit in benefactis in-  
uidiam effugere, quemadmodum nec corpus umbrā  
potest declinare.

Μόδε ποτ' ὀλομάλψις πενία.) Congeries qua-  
dam praeceptorum est. Docet autem hoc loco nemini ex-  
probrandā esse paupertatem, ratio est quod sit domū  
Dei esse diuitem vel pauperem. Grauer profectō di-  
ctum. Sunt enim qui hinc laudem ingenij captant &  
magni viri haberi volunt, si pauperes & miseros nō  
solum prae se contemnant, verum etiam conuicijs pro-  
scindant. Hos admonet Hesiodus ut perpendant ca-  
lamitosum esse, non in nostris viribus, sed in fortuna  
situm esse. Itaque, non est liberalis ingenij calamitatem  
exprobrare cuiquam. Neque enim in nostris virib. est  
vi abundemus, et quotidie experientia condiscimus,  
alijs laborantibus nihil, alijs dormientibus omnia,  
conficere Deos. Qui plurimū laborant, egeni plerun-  
que, & contrarium apparet in ijs qui non laborant.

Οὐλομάλψις πενίη Συμφθόει.) Graci appo-  
nunt plura epitheta sine coniunctione.

Τετλαθ.) Sustineas, ausis, &c.

Γλώσσης Τι θνητούς την ανθρώπων ἀρετας.) Generalis haec sententia est. Linguae Thesaurus inter homines optimus. Nam sermo vincit omnes opes & quicquid est admirabile in rebus humanis. Verum ita solet euenire, ut quo res meliore eo frequentiori quoq; in abusu sit. Recte itaq; dicit Poeta: Parce lingue magnam gratiam esse, hoc est, quae in loco loquitur, quae non solet effutare quidlibet sine delectu & ratione. Et garrulitas non tam alios quam ipsos anchoras laedit.

Μή δέ πολυξενία δ' αὐτὸς δυστέμφελός.] Aliud praeceptum, debere nos aliquid conferre in publicum, quia nos vicissim multa accipimus à Magistris. Hic sensus cōuenire huic loco videatur quē transstulit Poeta ad conuiuum, ubi ut paruo sumptu multi aluntur, ita etiam in rebus p̄ib. paruo sumptu, paruo tributo nobis comparamus pacem. Potest & hic sensus esse, ut si quando amici & cognati conueniunt, non simus sordidi, sed ut libenter & nostra conferamus ad publicum conuiuum. Nam paruo sumptu magnum lucrum emitur, dum collatione multorum apparatur splendidius. Δυστέμφελός à δὺς & τέμφω, difficilis, merosus, quasi dicas, acre micens, der nit gern gibt. Supra dixit rauπλίνς δυστέμφελός.

Μηδέποτ' ὅξης Διὶ λείβειν.) Hacenus leges tra-

ges tradidit quæ ad mores pertinent, iam erades ceremonias, id est, ritus sacrorum, fuit enim hic poeta sacerdos. Sunt autem illi ritus symbola quædam, id est, allegoriae, ut in Mose, Boii rituranci ne obligaueris os, significatur quo animo in illos esse debeamus, quorum opera victimur, atque ita gratitudinis illo gestu admonemur erga homines. Non enim bovis sed hominibus scribebatur lex. Ad hunc modum et de his præceptis iudicandum est. Nunquam ab aurora, id est, mane Ioui libes nigrum uinum manibus illocis. Significat sacra reuerenter esse tractanda, et ut non solum foris corpus, verum etiam animum à contagione viciorum abluant. Hæc reuera ex Patribus sumpta sunt. Allusit et Vergi ad eam consuetudinem, quod illocis manibus non tractabant sacra antiquitus dum ait: Donec me flumine viuo. Abluero. Et Hector apud Homerum expugnare rediens negat id ipsum sibi licere.

Mηδ. αὐτὸν οὐλίοιο. I. Aliud, Aduersus soleme meico. Verecundiam et pudorem commendat nobis hæc sententia, ut discamus honestos et magnos viros reuerenter esse tractandos.

Εζόρδυ η δύε. I. Commoratur in præcepta verecundia, et recenset aliquor ritus qui adhuc apud Turcos durant. In Turcica enim lege ingens flagitium designari credunt, si quis in publico cacaret aut

mingerer. In lege Moysi quoq; mādatum erat, ne quis  
cacaret in castris. Esse autem non minus religiosum  
Turcis vi sedences mingant quād nostro Poetā.  
Vnde apparet Mahometen veteres quosdam ritus  
inutiles suis posteris pro iusticia, qua coram Deo est,  
reliquisse.

Ευερχῆς.] dicitur id quod bonum septum habet,  
Μὴ δὲ αἰδοῖα γένη πεπαλαγμένα.]

A congressu uxoris ne sacra accedas. Admonet  
rursum verecundie, ut sacra pure peragātur. Intelli-  
git autem sacra quae diis domesticis fiebant. Habe-  
bant enim omnes in vestibulo aras quasdam quibus  
soliti sunt imponere Vestam, in cuius tutela reserat  
familiaris. Facit huius Deae mentionē alicubi Ver-  
gilius.

Μὴ δὲ διπό μυστήματα φύε.] Ab hilariore con-  
niuio & non à cristibus sacrīs accedendū esse ad uxo-  
rem, quod ex humido nascantur & alantur omnia  
animantia, & ideo Venus ex mari orta.

Δυσφήμιο.] Ominoso & infausto à δυσφημέω.  
Μηδέ ποτ' αἰετάων ποταμόβ.] Poetae senserunt  
vix quandam numinis esse infusam in omnes res, i-  
taque et omnibus fluminibus suos deos finxerunt qui  
illa agitarent, & mouerent, ob quam caussam & sa-  
cta illis fecerunt.

Ος ποταμὸς δύσφημος την.] Hoc est, qui tam  
prophana

prophana mente est, ut contemnat banc religionem,  
in fere infortunium à Diis.

Mn̄ d̄ ἀπὸ πεντόζοιο θεῶν. Non esse vngues sed  
præcidendos in conniuicio.

πεντόζοιο.] A manu quinq; ramorum.

Mn̄ d̄ ποτὸς ὁ ινοχόν τιθέμενος. Nunquam po-  
ne lagenam supra poculum, non satis constat quid  
voluerit significare hoc symbolo.

Mn̄ d̄ δόμον ποιῶν. Id est, Spartam quam  
nactus es orna, In quo cunq; vitæ genere versaris in  
illud incumbe, nec cogita quo pacto subinde mutes  
tuam functionem. Ita fiet ut assiduitate & diligētia  
ad frugem peruenias, quod non fiet si tibi non consti-  
ris & ex alio vitæ genere subinde in aliud transferas.  
Malū omen est si crocitet Cornix, ut apud Verg.

Sæpe sinistra causa prædixit ab ilice Cornix:  
Λακέρυζα.] pro κελαρύζα, id est, garrula, stridula,  
arguta, proprium epitheton cornicis, à κελαρύζω,  
quod significat resono.

Mn̄ d̄ ἀπὸ χυζοπόδων.] Ex ollis non sacrificie-  
catis ne capias cibum, id est, ne edas priusquam di-  
xeris precationem. Elegans cum primis et pium hoc  
præceptum est, neque dubium quin à patribus san-  
ctissimis sit desumptum. Apud Homerum nun-  
quam pocula sumunt, nisi prius libauerint. Eadem  
consuetudinem & apud Verg. Dido seruat.

*Mή με γιωνείω λαζαρό.] Commendat rur-sus verecundiam. Deinde admonet sacra non esse il-ludenda, quod semper pœnas impieatis dederint qui religiones contemperunt.*

*Mνδέ ποτ' εἰς ταχόη.] Non esse perturban-dos fontes. Nam si honor est habendus bonis rebus, etiam fontibus debetur suus honor ex quibus bibi-mus. Quare et hi in fontes rectè immingere dicuntur qui sacram doctrinam commaculant.*

*Φήμη γάρ τε κακὴ πέλεται.] Significat nul-lam famam omnino perire & non esse omnino de ni-bilo quod vulgo fertur, quemadmodum et ille dixit,*  
*Sed nequit ex nihilo volucris prorumpere fama,*

*Et partem veri fabula quæq; tener.*

*Locus Vergil. in 4. Æneid. hinc desumptus cū ait:*

*Fama malum, quo non aliud velocius ullum,  
Mobilitate viget, viresq; acquirit eundo, &c.  
Homerus fingit quoque Famam Deam esse & nun-ciam Iouis, lib. 2. Iliad.*

— μῆδε σφιστρόσα διδίξει  
Οξεύσσα ικίαν Διὸς ἄγγελον. —

IN

## IN HESIODI

DIES.

**T**RADIT discrimina dierū, qui fausti vel inauspicati sint, item alia alijs diebus licere. Quodam verò discrimina ad causas naturales referri possunt, quadam sunt ex superstitionibus. Sunt autem etiam eatenus discrimina seruanda, quatenus causa naturales cogunt. Supersticio vero praeceps causas naturales est, & ex impietate profecta. Est et verò in Jania non habere naturæ rationem, cum illa nobis ipsius sit, & nostra causa à Deo condita. Itaq; discrimina dierum natæ sunt aliqua ex parte, ex aspectib; quibus Luna intuetur Solem. Sicut medicorum Crisi, Septimus, quartus decimus, vigesimus primus. Nam quadrati aspectus carent pugnam naturæ cum morbo, sed superstitione obseruacione aucta sunt. Nā inde apparet non esse certā rationem discriminis dierum apud Hesiodium, quod ait, alijs alios dies probari. Primus dies sacer est. Sunt enim omnia initia sacra. Quartus itē sacer, quia eo die prodit à coitu Luna & videri potest sacer, quia principium est conspicienda Lunæ. Septimū diem vacuū facit, quia Luna distat à Sole quartā partē Zodiaci, qui aspectus quadratus dicitur, et est inauspicatus. Nonus et octauus dies viles prædicantur crescentibus, & recte quidē.

x a

m o

Etenim bimores alii crescensia Luna. Undecimus & duodecimus varie tundatur, quia trigono aspectu Solem Luna insuerit, eum aspectum vocant beneficium.

Hypatia dicitur Diogenes.] Proponit Poeta sed etiam de observatione dierum iuxta ordinationem diuinam, qui sunt auspiciati dies & qui inauspicati. Orditur a prima mensis die quam dicit optimam esse. Et numerat congerie quadam quid eo die populus agere consuevit. Solebant autem in ferijs labores mercenariorum expendere, atque pro his numerare & pascere quoque. Item in ferijs conueniebat populus ut iudicaretur, doceretur de religione, & ut mores formarentur. Tum scenici ludificabat qui dice concionum fuerant. Et hi ritus ad res politicas & non physicas referendi sunt: perciunt enim ad mores ex quibus sumptus sunt, & non ad res naturales.

Evn.] Prima dies est, cuius apogaei veteres Magistratus. De hac voce copiose Suida.

Pneixiv.) proprio de omnibus dicitur, & significat condere.

Otc.] pro diaz. την πρωτην, scilicet duodecima dies.

Aεροπόντιον Θ. ] In aere pendens, vel pedes in aerem eleuantis, epitheton aranea.

Ott

Oὐτὸς τὸς ἀριθμὸς σωεῖν αὐτῷ ταῦται.] Hoc exponunt de formica, sed haud scio an recte.

Mηδὲ δὲ οὐτὸς τὸς ἀριθμός τούτου.] Absoluit iam primus quartum, quintum, octauum, nonum, undecimum  
et duodecimum diem, quos verò omisi vult videri medios. Iam prosequitur in enumerando et dicit ca-  
uendum esse ne sementem faciamus tredecima die.  
Est autem optima ad alendas atq; educandas plan-  
tas. Quod autem sationi tredecimum diem sit obesse,  
proper immodecum humorum sit. Verant enim fermen-  
tem facere in solo humidiore iusta. Contra plantas se-  
rere præcipiunt, pluvijs etiam tempestatibus. Plini-  
us, Arborum radices Luna plena operito, Ex Plinio  
illa facile possum intelligi.

Εκ της δέκατης μηνιας λαγκα.] Decimasexta dies val-  
de incommoda est plantis, quia sicut tredecima dies  
utilis erat plantis, quod cum Luna propè erat plena  
et humor redundabat, inutilis verò sationi, ut dictū  
est, ita decimasexta dies decrescente iam Luna inu-  
tilis est et incommoda plantis, utilis verò maribus  
gignendis. Nam ex humido semine femella, ex sic-  
ciore puelli nascuntur. Et decrescente Luna semen  
minus humidum est quam crescente.

Οὐτὸς τὸς γάμου αὐτοῦ βολῆσσα.] Id est, non est virile puellis, ut cum contrahant nuptias, quia à plenilunio cœpit iam humor deficere. Et addidit quadam

*pastoralia officia, quod illud tempus sit bonum castrationi, quod hoc tempore conueniat stabula pastoralia munire, quod sit bonus dies gignēdis maribus. Postremo quod apes sit dies coniūta dicere, mēdacia proferre, blandos sermones miscere, & arēana colloquia babere. Quæ omnia ad quadratum apparetum pertinere videntur.*

54. *Μένος δ' ὄγδοάτη.) Hoc tempore caprum & bouem castrare conuenit.*

*Εἰκόδι δ' ἡ μεγάλη.) In vigesima die dicas prudentem vitum nasci, & qui bona indole præditus sit.*

*Ισοεγ.) Εὖ vocat qui multa scit & vidit, Hinc iσοεία quasi dicas inspectio, & iσοεῖν corām intueri & colloqui.*

*Κύρη δέ τε τεχας.) Ideft, Puella gignendæ est bona decimaquarta. Nam cum Luna abundat bume. Et hac die (inquit) hoc est in oppositione conuenit boves, canes & mutos ciburare. Nam quando abundant bume, necesse est esse mitiora animancia quia lumen Lune est gelidum magis & calor temporacion.*

*Εἰλίποδας.) quasi dicas curuantes vel trabentes pedes, qua uoce Homerus libenter vicur.*

*Πεφύλαξοδὲ θυμφ. &c.*

*Αλγα θυμοβορεῖν μάλα.) Quartam diem à fine men-*

nemensis, & decimam quartam improbat, haud dubie, quia cum oppositio, cum interlunium laedunt corpora. Ideo dicit Θυμοθεός, quia consumunt animū. Qui laborant colericis morbis ad postremā quartam magis languent, Phlegmatici verò contra. Et postremos illos dies in Luna vocante colericos dies, quod concident in corporibus siccis humores.

Ἐτη τέταρτη μετὸς ἡγεμονία.] In quarta die Mensis ducenda est uxor & obseruanda auguria & dijadicanda. Est autem Metathesis in ἑργματι nomine, quod à πεζῷ venit.

Πέμπτας δὲ Ἑλέασα.] Quintas monet esse fugiendas, videlicet primā quintam, decimam quintam, et vicesimam quintam. De qua recum nulla sit naturalis ratio, cōcenti eas simus quae de religione est. Per id enim tempus obambulant Furiæ et experunt pœnas à sceleratis hominibus.

Μέση δὲ ἐβδομάτη Δημήτερ.] Absolutæ præceptiones de dierum discriminibus, quæ verò nūc sequuntur ex quibus rationibus narrasint, dixi paulò ante. Itaq; nunc monet poeta frumentum esse ventilandum non crescente sed decrescente Luna, quia humor incommodus laedit frumentum, ariditas verò prodest. Quare manifesta ratio est ex usu rerum, cur fruges à plenilunio iubeat ventilare, quia sub id tempore excitantur venti & aura siccior est.

*Prodest autem importari frumentum siccus, nam madidum statim corrumpitur importatum. Dicitum est autem supra quod Varro praeceperat aream fieri debere rotundam.*

*Τλοτόμον τε ταμεῖν θαλαμίνα.] Aliud præceptum. Faber secato ligna ad thalamum media se-  
ptima, id est, decrecente Luna. Diximus autem su-  
pra ex Plinio, quod materia decrecente Lunace-  
denda sit, quod illa firmior sit, quæ verò crescente ca-  
ditur, illico purrescit. In quarta videlicet die incipit  
glutinare naues fragiles, quod rectius sit cum aura  
est humidior.*

*Εινὰς δὲ ἡ μέσην θητεία.] Nona dies me-  
dia, id est, decima nona meridiana melior dies scili-  
cet est. θητεία est adverbium pluralis numeri, si-  
c ut πρῶτα. θείελον crepusculum vocant, θειλινὸς  
ἢ θείελος meridianus, εὶ meridianum tempus  
θειλινὸν vocant.*

**55.** *Περοτίην δὲ εινὰς πάντας ἀπήμων.] Prima no-  
na dies, scilicet à principio mensis prorsus innocua  
est, propter ter geminum aspectum cum Sol abest  
à signis. Hæc dies verisq; gignendis accommodata.  
Et nunquam prorsus mala dies est, videlicet si alii  
quida die facias quod conueniat.*

*Παῦροι δὲ αὐτοὶ σαοι.] Pauci sciunt vigesimam  
nonam optimam mensis, εὶ loquitur de biduo ante  
cōm̄*

εἰναργέως. Εστὶ enim tum bona dies ad aperientem dolium, item boves, mulos et equos aptare iugo. Ad hæc bona dies est demittere nauem in alcum, quia sub id tempus est temperatissima et tranquilla aura.

Αρχαδαι τιθου.] Gracismus est pro aperire dolium.

Πλαῦει δέ τ' ἀληθία κυκλιονούσι.] Id est, Pauci certum sciunt quæ dies præstat, pauci rectè servant hoc dierum discriminem.

Τριήμεροι δὲ οἴγεται τιθου.] Media quarta, id est, decimaquarta dolium aperi, quod hæc dies præ omnibus sacra sit.

Παῦει δέ αὖτε μετ' εἰργάδα.] Elenches est, nam ad dies referri debet ut sit sensus. Pauci post vigesimam mensis optimam probant sequentes dies. Nam et tempestatum et corporum maximè mutaciones si sunt principio postrema quarta quod obseruando poteris discere.

Αἱ δὲ μέτρα ιμέραι εἰσὶν.] Epilogus præceptorum est. Aliæ dies sunt hominibus magna ueritas, aliæq; sunt ancipites. μετάδυπον enim sonat promiscue. Est igitur diligenter considerandum quid religio præcipiat, deinde quid oriatur ex causis naturalibus, ut si luna sit in signo illo quod dominatur membro alicui, id membrum naturali de causa retine-

tangendum esse ferro, ita de reliquis sentiendū. Quod autem non ex vera religione neq; de certa causa naturali sit, illud supersticio est.

*Αχίεροι οὐ πέρι φέρεσσαν.]* Politianus videtur verisse emortuos dies. Et Homerus Somnia vocat αχίερα quasi dicas, inania.

*Αλλος δὲ ἀλλοίνυ αἰτεῖ.*] Hic videmus Hefiodum non ubiq; secundum certam rationem, sed in plurimā superstitionem & consuetudinem hominum.

*Αλλοτε μηδέ τινά τούτοις οὐμέραι.*] Miras sunt vi-ces rerum, & natura tam multipliciter nos laedit, quam iuuat.

*Τάων εὐδαιμονίας καὶ διάβολος.*] Bene ille habebit, qui seruauerit quidem diorum discrimina. Adiecit tamen Correctionem, quod alij alias probent ac laudent. Verum iste inculpabilis erit Dījs, id est, ille non peccabit qui suo quæq; die fecerit, & qui auguria id est, signa & transgressiones obseruat, hoc est, qui non violabit ea que religiosè & utiliter conscientia sunt. Nam Dīj facient ijs qui natura recte vivuntur.

EPI-

ΕΠΙΡΓΑΜΜΑΤΑ  
εἰς Ησίοδον.

Ελάδθ ψρυχόρυτέφανον, καὶ κόσμον αἰδῆς  
Ασκράτον γῆμειον Ησίοδον κατέχει.  
Αναδηματικὰν εἰς ἀντὸν.

Ησίοδθ μάσαμες ἐλυκανίστο τόνδ' αὐτέθηκε,  
Τμωφηκήσας ἐν χαλκίδι Θεῖον δύπεστ.

Εἰς τὸν ἀντὸν.

Ολβίθ ἔτος αὐτὸρ, δε ἐμὸν δόμον αὐτοπολεῖε,  
Ησίοδθ μάσαμει πεπράχθει θεατάτησι.  
Τῷ δέ πι κλέθεισαι δσσοντ' Κηπικίδναται πάντας.  
Αλλὰ Διὸς πιφύλαξσονεί γένελλημον αἴλοθε.  
Καὶ γάρ Τοι Θανάτοιο τέλοθε πιθεφαμένον δέστι.

Εἰς τὸν ἀντὸν.

Ασκρηι μέρη ταῦτας πολυλήθειαν θαΐσητε,  
Οσέα πληξίπατωι γῆ μητνῶν κατέχει  
Ησιόδης πλεῖστον ἐν αὐτῷ ποιεῖθε δέστι,  
Αὐτρῶν κεινομένων, εν βασιλεῷ σοφίης.

Αλλαίς εἰς ἀντὸν.

Λοχείδθ ἐν τημέῃ σκιερφένεκας Ησιόδειο  
Νύμφαι κρηνιάδων λέσσαι δέπο σφετέρου,  
Καὶ τάφον ὑψώσαντο, μάλακτο δὲ ποιμένες αἴγαδον  
Ερράναν, ξανθός μιξάμενοι μέλιτο.  
Τοίνιον καὶ γῆρας ἀπέπνεετε ἐνέα μασῶν  
Ο φρέσεβις, καθαρῶν γῆμασάμενθε λιβάδων.

IN HESIODI LIBELLUM,  
cui titulus ἐργα καὶ ημέ-  
ραι, ἀδηλον.

Ησιόδῳ ποτὲ βίβλον ἔμαις ψευχεσσιν ἐλίασσε,  
Πυρὸις εἰς αὐτούς εἶδον ἐπερχομένην.  
Βίβλον δὲ ρόψας ἐπὶ γλεῦ χρὶ, τἄτ' ἐβόησε,  
Ἐργα τῷ μοι παρέχεις ἢ γέφων Ησιόδε;  
Εἰς εἰκόνα Ησιόδου

Ασκληπίαδε.

Αὐταὶ ποιμένοντα μεσηβρινὰ μῆλά σε μᾶσα,  
Εδρακον ἐν χειραρχοῖς φρεσσι Ησιόδε.  
Καί συκαλλιπέ παλον ἑρνασά μηναι τοῦτο πᾶσα,  
Ωριξαν δάφνης ἱερὸν ἀκρέμονα.  
Δῶκαν δὲ κριεύπις ἐλικενίδθε σύνθον ὅδωρ,  
Τὸ παντὸς πώλεως περόδειν ἔκοψεν ὄνυξ.  
Οὐ σὺ καρεσά μηνος μακάρεφων γλύθε ἔργα τημολ  
Καὶ γλύθε αρχαίων ἔγραφες οἴδέων. (πλῆ.

ΤΕΛΟΣ.

TIGVRI EXCVDEBAT CHRIS  
STONPORVS FROSCHO-  
*verus, Anno M. D. LXIX.*  
*Mense Februario.*